

1. De Jure rerum, et Iuris in re speciebus. P. Henr. Hahnig. Art
 2. De Jure Apostolorum. P. Andri. Goetschiae. R. Marder.
 3. De Libello in actione Hypothec. rite formando. P. J.F. Riving. A. Mackay.
 4. De Reducto operatione Cœulorum. P. R. J. R. N. C. Lyncer; R. G. D. Riving.
 5. De tacito pignore locatoris in rebus Conductoris illatis, occas. 25. V.
 Locat. P. G. H. Brückner. R. J. M. Stockig.
 6. Henr. Cocceji collationes Juridicae ad Dr. G. d. Struvium.
 7. De natura et interpretatione Sponsionis. P. F. Ludovici. R. d. Hammer.
 8. De captiōnē Institutionib⁹. P. C. Thomasig. R. d. Thomae.
 9. De Jure circa actus imperfectorū. P. H. Cocceij. R. S. H. Höijer.
 10. De Compensatione Debitorū publ. P. F. C. Harprecht. J. G. Harpe.
 11. De eo quod iustum ē durante Iustitio. P. J. H. Bömer. J. G. Wölde.
 12. De causis ad Cameram Imperii non appellabili⁹. P. J. S. Styrck.
 R. Lasspar de Lengercke.
 13. De Investitura abefixa. P. S. Styrckij. R. J. F. Grindler.
 14. De incerta & ambigua decisione. P. S. Styrckij. R. J. S. Hantschel.
 15. De causa inoidente. P. S. Styrck. R. T. Knorre.
 16. D. Ludeci Menokenii Paralēptomena Iuris Americula per
 Indicem propositali⁹ publicari. P. J. H. Bömer. R. Frid. à Sallern.
 17. De jure preuum publicari. P. J. H. Bömer. R. Frid. à Sallern.
 18. De Divitio propter infidias vitæ tractas. P. S. Styrckij.
 R. E. P. Memminger.
 19. De eo quod iustum ē circa lucrum publici. P. J. H. Bömer. R. H. Schuman.
 20. De Sponsalib⁹ de furtō et de praescienti. P. Ide. J. G. Trofe.
 21. De origine ac progressu Processu Inquisitorii contra sagas.
 P. C. Thomasius. R. J. P. Ippen.
 22. De Concubinatu. C. Thomasig.
 23. De Matrimonio illibali ex ratione factus. P. H. Nipper.
 R. J. M. Auerbach.
 24. Absolutio a juramento. P. J. H. Pott. R. J. G. de Werdeck.
 25. Resolutio observantiae canonicae. P. C. Thomasig.
 26. De Legamiae præscriptione. P. C. Thomasig. R. G. Engels.
 27. De privatis Legatorū sacris. P. J. H. Bömer. J. G. Heiring.

15¹⁵

15

DISSERTATIO INAUGURALIS
De
**CAUSA INCI-
DENTE,**

Quam.

DEO CLEMENTER ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECT. BRANDENB. HÆREDE, &c. &c. &c.
In Illustri Academia Fridericiana
CONSENSU ET AUTORITATE MAGNIFICI JUTORUM ORDINIS
SUB PRÆSIDIO

DN. SAMUELIS STRYKII, JCTI,
SERENISS. ET POTENTISS. ELECTORIS BRAN-
DENBURG. CONSILIARII INTIMI, PROFESSORIS PRIMARII,
FACULTATIS JVRIDICÆ ORDINARII,
PATRONI SUI OBSEQUIOSE DEVENERANDI,
PRO LICENTIA

Summos in vtroq; Jure honores ac privilegia legitime consequendi
D. Jun. M. DC. XCV. Horis ante - & pomeridianis
IN AUDITORIO MAIORI
Publicæ Eruditorum censuræ submittit

OTTO FRIDERICVS KNORRE, Hala Magdeburg.

DENVO RECUSA CUM AUGMENTO.
HALAE MAGDEB. Litteris Chr. Henckelii, Acad. Typogr. 1706.

N

DISERTATIO IN VNGUARIA

D

GALISIANI DENTI

DI TIRIBERICO AN HEDDE
HIC DEDICATUR MECUM INGENUITUS SISTIMO
REVERENDISSIMO FRANCISCO DE OUDIN
HIC TIRIBERICO AN HEDDE

DN. SAMMELIS STRILIUS
SERENISS ET PONTIFICIS TERRITORIIS BRUN
DENGHE CONVENTUS IN HIC HOC MONS TIRIB
TACITUS TACITUS TACITUS TACITUS
TACITUS TACITUS TACITUS TACITUS

PRO LICENTIA

QD TIRIBERICO NORRE HIS MELP
DANICO RECENSIO MAGISTER
TACITUS MAGISTER TACITUS TACITUS TACITUS
TACITUS TACITUS TACITUS TACITUS



INGRESSVS.

Iudicis officium in deci-
dendis partium controversiis ad limites
motaæ actionis ad strictum esse, vulgo con-
stat: Unde Javolenus in *L. 18. ff. Comm. di-*
vidundo per modum immotaæ Regulæ respondit: Ultra
id, quod in iudicium deductum est, excedere potestas Iudi-
cis non potest. Verum, cum multa sint, quæ ab initio
litis prævideri nec a Iudice, nec a parte possint, dum
vel demum mota lite emergunt, vel durante Processu
incident, horum ratio pariter habenda erit: Quam ob
causam non tantum Iure Ciuiili incidentia etiam iudicis
cognitioni committuntur, sicut solennis textus est in
L. 1. C. de offic. Rect. provinc. vbi falsi causam cognoscens
Præses Provinciæ, incidenter proprietatis quaestionem diri-
mire potest. Et in *L. 1. C. de ord. iudic.* dicitur: quod
is, qui de hereditate cognoscit, universam incidentem que-
stionem possit examinare; sed & Iure Canonico incident-
ium quaestionum pariter ratio habenda, unde in *C. 2. in*
fin. X. de ord. cognit. questio incidentis dicitur, si quis testem
in testimonium producat, & illi crimen famosum op-
ponatur. Aut si quis petat hereditatem, causa natali-
um

um *quaestio* *incidentis* esse dicitur. *C. 3. X. de Ord. cognit.*
 Quapropter quid circa has incidentes causas aut *quaestiones* juris sit, & quo usque in his Iudicis potestas se extendet, non indignum disquisitione thema existimavi, præsentim, quod illius discussionem ab aliquo susceptram esse non observaverim. Ob hanc causam præsensthemma speciminis inauguralis loco selegi, & quæ sparsim de hac materia apud Iuris Interpretes inveniuntur, collegi, & in ordinem, quantum fieri potuit, redigi. Verum cum materia hæc Iudicium in rebus forensibus subactum desideret, veniam mihi indulget B. LECTOR, si non in omnibus intentioni eius a me satisfactum. Multa enim hic adhuc desiderari posse lubens fateor, sed illa supplebit aliquando maior rerum forensium experientia. DEVM vero T. O. M. supplex invoco, ut gratiam spiritus sancti clementissime mihi largiri velit, quo suscepti laboris exitum ex voto consequar, & omnia in divini Nominis gloriam vergant feliciter. Sic itaque

CAPVT I. DE CAVSIS INCIDENTIBVS IN GENERE.

§. I.

Causa quid
significet?

VT recepto disputantium mori satiat, circa vocabulorum enodationem pauca hic præmittenda. Causa in iure nostro plerumque item integrum denotat, unde Causam agere idem est, quod item persequi *L. 1. C. de reb. credit.* & cau-

CAP. I. DE CAVSIS INCIDENTIB. IN GENFRE

3

causa cadere dicitur, qui litem amittit, §. 33. pr. I. de Acti-
onib. quamvis ibi Imperator causam pro ipsâ re perita
capere videatur, dum ita se explicat: *Causa cadebat* i.e.
rem amitterebat Generaliter itaque omne hoc causæ no-
mine quantum ad intentionem nostram venit, super-
quo partes coram Judice disceptant, sive hoc principa-
liter in judicium deductum sit, sive, dum causâ cogno-
scitur, incidat. Et hoc sensu quæstionem & causam
pro synonymis reputamus; unde etiam incidentis quæ-
stionis frequentior in jure mentio fit, quam causæ in-
cidentis, sicut appareat, ex L. 1. C. de Ord. Jud. L. 1. C. de
offic. Recl. Prov. C. 1. 2. & 3. X. de ord. cognit. Causæ tamen
incidentis expressa mentio occurrit in C. de prudentia 3.
X. de donat. inter V. & U. & in Jure Civililoco causæ inci-
dantis species incidentis aliquando occurrit. Sic in L. 83.
ff. deleg. 2. dicitur ex facto incidit species. Pariter in L.
2. ff. de reb. cor. qui sub tut. Paulus ICt. dicit, *si talis species*
in priuato venditore incideret; dicitur etiam controversia
incidentis L. 6. §. 1. ff. quod cuiusv. Universit. nom. placuit ve-
ro nobis cause nomen retinere, quod usu fori frequen-
tius adhibetur.

*Quæstio in-
cidens.*

§. II.

Vocem *Incidens* quod attinet, significatio eius satis *Incidens*
nota est; A cadere enim illam derivari constat, & com- *quid signifi-
cet?*
muniter illis negotiis applicatur, quæ præter intentio-
nem subito eveniunt, sive in lite mota interveniunt:
Unde in jure idem est, quam accidere, contingere, e-
venire. Sic in L. 27. ff. locat. dicitur. *Si quid transver-
sarum incidisset.* Porro incommoditas incidere dicitur
in L. 16. pr. ff. de recept. arbitr. incidentia damna occur-
runt,

A 3

4 CAP. I. DE CAVSIS INCIDENTIEVS

runt, L. 30. §. 5. ff. ad L. Falcid. add. L. 58. §. 3. ff. pro sociis. L. 15
§. 1. ff. de Manumiss. vind. L. 20. ff. de Donat. inter V. & U. In-
cidens ergo dicitur, quasi intus cadat, h. e. ex re ipsa
vel causa proveniat, Fulv. Pacian. tr. de probat. L. 1. cap.
58. n. 3. Minus commode autem alii *incidentis* inde di-
ctum putant, quod causam principalem *media syllaba*
productæ incidat, h. e. perimat, & sit quoddam præpara-
torium, per quod ad sententiam definitivam perve-
nitur. Raudensis in *decis. pisan. decis. 13. n. 100.* Sichard.
ad L. 1. C. de ord. judic. Hoc enim derivationi gramma-
ticæ non quadrat, nec etiam in effectu scopum materiæ
tangit; Causa enim incidentis non tollit vel perimit cau-
sam principalem, sed vel cum causa principali simili de-
ciditur, vel principalis causæ *decisio* differtur, donec su-
per puncto incidenti pronuntiarum,

*Causa pre-
iudicialis an
ab incidente
diffirat?*

Hoc tamen certum est, causam præiudicialem
causæ incidenti admodum vicinam esse, si illam non in
sensu strictiori, quatenus statum hominis concernit,
juxta §. *præjudicialis 13. I. de Action.* L. 9. C. de liber caus. sed
in sensu latiori capiamus, ubi causæ principali in judici-
um deducetæ exceptio quædam præjudicialis opponitur,
qua reus ita removet actorem, ut dicat, præiudicium
per quæstionem ab adversario motam quæstioni majo-
ri fieri non oportere, per L. *Fundi 18. ff. de except.* Ma-
ior enim quæstio minorem ad se trahit, unde prius ju-
dicandum de quæstione maiore, quam ad minorem per-
veniatur, L. *Rei maioris 21. d. t. L. fin. C. de ord. cognit.* Zan-
ger. tr. de except. p. 2. cap. 10. n. 3. vel etiam, ubi causa ma-
jor quidem non opponitur, exceptio tamen ita compa-
rata est, ut illa probata, actori tale præiudicium contin-
gat,

IN GENERE.

5

gat, ut in causa principali obtinere nequeat. Pertinet
huc casus: si agenti de matrimonio opponatur exceptio
cognitionis & quidem ejus, quæ juri divino refi-
stat contracturis matrimonium. Hæc exceptio enim
præjudicialis est, inde, nisi super ea cognitio facta, cau-
sa principalis decidi nequit, Zanger d. C. 10. n. 12. & hunc
casum objectæ consanguinitatis *ad causam incidentem ex-*
presse refert Pontifex C. i. X. de ord. cognit. Verum utut *Non omnis*
una vel altera exceptio præjudicialis ad causas inciden- *causa inci-*
tes referri possit, non tamen exhaustit hæc, aut sub se dens est
comprehendit omnem causam incidentem, quia non o- præjudicia-
mne, quod incidit, præjudicium facit, aut præviam lis.
quandam cognitionem ante discussionem causæ prin-
cipialis desiderat, sed vel per eandem sententiam cum
causa principali definiri, vel causa principalis decidi, &
incidentis decisio ad plenioriem discussionem, aut plane
ad aliud forum ablegari potest. Exempli gratia: Pu-
ella convenit aliquem ad impleendum promissum ma-
trimonium coram Consistorio, reus inter alia excipit
de dote nondum constituta, & hinc, antequam de quanti-
tate dotis ipsi constiterit, se matrimonium implere non
posse, dicit, hæc quæstio de dote constituenda incidens
est, nec præjudicium infert causæ matrimoniali, cum
etiam fine dote nuptias constare posse expeditum sit. *No-*
vell. 74. c. 4. pr. Disquiritur itaque: Annon causa inci-
dens de dote constituenda remittenda sit ad Judicem
secularern, an vero simul cum causa principali a Consi-
storio decidi possit. Cujus generis quæstiones hac di-
putatione a nobis discutiendæ erunt.

§. IV.

Exceptiones peremptoriae sint incidentes?

Ex hoc quoque non difficulter constabit, quid de illorum sententia dicendum, qui existimant, exceptionem peremptoriam vocari questionem incidentem, cum iustitiam causæ principalis concernat; at exceptionem dilatoriam vocari questionem emergentem, cum ad impe- diendum causæ principalis processum obiiciatur. Laymann. *ad C. intelligimus I. X. de Ord. cognit.* Hostiensis in *Decretal. ad tit. de ord. cognit. p. 459.* Ummius in *disp. ad process. iudic. 19. tb. s. n. 16.* Caroll. Gilken, *ad L. I. C. de ord. jud.* Verum nec hoc perpetuum est. Non enim omnis exceptio peremptoria incidens dicenda respectu causæ principalis, sed illa partem causæ principalis facit, præsertim hodie, ubi litis contestationi exceptiones peremptoriæ mox sunt jungendæ; Sed illa exceptio parit incidentem quæstionem, quæ cum negotio principali certam connexionem non habet, verum ex alia causa originem deducit, decisionem tamen necessariam vel ante causam principalem, vel cum ea desiderat. Et ita etiam exceptiones quædam dilatoriæ ad quæstiones incidentes referri possunt, sicut econtrario peremptoriæ possunt fieri nouiter emergentes, pro diversa circumstantiarum ratione. Nicolaus Rodriguez Fermosinus in *Comment. ad C. Tuam 3. quæst. 2. n. 22. X. de ord. cognit.* In quonam autem incidens & emergens quæstio inter se differant postea exponendum,

Causa principalis.

§. V.
Antequam vero ad causæ incidentis descriptionem perveniamus, prius cognoscendum, quid sit causa principalis? quam ita describunt Dd. Causa principaliſ

IN GENERE.

7

lis est, quæ vel jure actionis, vel per nobile Judicis officium, vel per aliquod interdictum in Judicium deducitur, de quacunque re agatur, sive de proprietate, sive de possessione, ut cum experior ex emto, ex mutuo. Sichard *ad L. i. C. de ord. Judic. n. 7.* Quæstionem *Incidentis.* vero incidentem esse dicunt, quæ excipiendo vel repli- cando contra principalem actionem movetur, & ipsi actioni opponitur; ut agis contra me ex mutuo, ego excipio de pacto non petendi, vel si vindicas rem a me, ego excipio de præscriptione. Sichard. ibique *alleg. Dd.* Verum ex modo dictis constat, non in tan- ta amplitudine incidentis causæ tractationem capien- dam esse. Exceptiones enim, quæ litis contestationi junguntur, æque principaliter adjudicium pertinent, quam ipsa causa principalis, Fermosinus *d. q. 2.* In latio- ri tamen significatu hoc tolerari potest.

§. VI:

Quapropter causam incidentem præsertim intui- *Descriptio
causa inci-
dentiæ,*
tu judicij, ubi causa principalis ventilatur, describendam & tractandam existimamus, ne alias omnibus illis casi- bus, quæ ad causas connexas, emergentes, dependentes, præjudiciales, aliosve similes pertinent, nos intromit- tere necessum habeamus. Est itaque incidentis Causa, factum aliquod, pendente lite principali a reo proposi- tum, ab ipsa causa principali separatum, & hinc ad ju- dicium præsens sui natura non pertinens, incidenter, tamen hic discutiendum, vel pro re nata adjudicium or- dinarium remittendum. Quæ ipsa descriptio suas quo- que patitur restrictiones & ampliationes. Verum in ma- teria ejusmodi multiformi qualemcunque delineatio-

B

nem,

8 CAPVT I. DE CAVSIS INCIDENTIBVS

nem, quæ modo propositæ tractationis indolem demonstrat, sufficere existimamus. Quorsum vero singula hujus descriptionis membra colliment, ex subsequentibus apparebit.

§. VII.

Differentia
inter emer-
gentem &
incidentem
causam...

Sed cum causæ emergentes & incidentes sibi admodum connexæ sunt, diversitas, quæ inter has latitat, ne invicem confundantur, ex mente Dd. demonstranda. Causa incidens est, quæ ante judicium originem suam habet, & merita causæ principalis propositæ in se concernit, caditque regulariter in nomen exceptionis peremptoriæ. Paul. Castrensis *ad L. i. C. de ord. Judic. n. 2. & 8.* utpote utrum actor vel servus sit, vel liber? *L. 42. ff. de nox. act.* utrum is, qui petit alimenta, sit filius, vel non? vel si sit filius, utrum dignus fit alimentis? *L. 9. ff. de liber. agnosc.* utrum is, qui petit restitutionem in integrum, sit minor, vel si sit minor, utrum sit læsus? *L. 39. ff. de minorib.* Item utrum pactum de non petendo, res judicata, solutio, consanguinitas obstet? Petr. Gilken *ad L. i. C. de ord. Judic. n. 7. & 8.* Fulvius Pacian. *tr. de probat. L. i. cap. 58. n. 1. & 2.* Bartol. *L. i. C. de ord. Judic. n. 5.* Carol. Ruin. *conf. l. 164. n. 9. V. 5.* E contra causa emergens est, quæ ante judicium nondum nata, sed ex non observatione solennium in prosecutione judicii solet emergere, & solennia Judicij respicit, caditque in nomen exceptionis dilatoriaæ. Castrensis *d. l. e. g.* an testis post publicationem testimonii produci debeat? *L. 19. & Avth. At qui semel C. de probat.* an dilatio debeat dari? *L. a procedente 4. C. de dilat.* an post litem contestatam exceptio dilatoria sit admittenda? *C.*

P. 2-

IN GENERE.

9

Pastoralis 4. X. de except. utrum novi testes sint recipiendi super quæstione judicata? *C. Fraternitatis* 17. X. de testib. Menoch de A. f. 2 L. 1. quæst. 45. n. 2. Brunnenm. in Process. Civil. cap. 12. n. 3. & 4. Sed hanc diversitatem eatenus omnino admittimus, quod causa incidens ante litem motam jam existat, causa emergens lite jam mota demum nascatur. Verum non semper quæstio incidens exceptionibus peremptoriis adscribenda, ut supra §. IV. & V. ostensum est. Cum & causæ incidentes sæpius litem principalem tantum differant, quod ex exemplis inferius adducendis apparebit.

§. VIII.

Porro insignem quoque incidentis & emergentis *Quomodo* causæ differentiam constituant Dd. intuitu sententiae a *sententia*, *Judice proferenda*. Super causa enim incidente sufficit pronuntiatio tacita, per prolationem sententiaæ super principali, nam eo ipso quæstio incidente tacite censetur rejecta. Qui enim incidenter cognoscit, non vult ferre sententiam super incidente, sed se tantum instruere ad causam principalem eo commodius definiendam. Ergo satis est, ut de principali pronuntiet, Fermoinus *C. I. X. de Ord. cognit. quæst. 1. n. 21.* ubi n. 22. rectissime subjicit, super causa incidente prius esse inquirendum, ne obstat causa principali, sed non prius pronuntiandum. Sed emergentis definitio non est reservanda ad finem litis, sed statim determinanda Menoch. *Consil. 167. n. 13.* per alium actum ante sententiam definitivam. Fulv. Pacion. tr. de probat. L. 1. cap. 58. n. 63. Nam ideo de exceptione processum concernente, vel impediente debet prius expresse vel tacite pronuntiari, ut appareat, an sit

B 2

pro-

10 CAPVT I. DE CAVSIS INCIDENTIBVS

procedendum vel non? Quoniam si Judex vellet simul & semel super principali etiam procedere, insurgeret quædam contrarietas & perplexitas, quia exceptio dilatoria infert, non esse procedendum, & Judex procedendo oppositū p̄faceret, & propterea super ea prius pronuntiandum ex p̄fesse, vel tacite procedendo ad ulteriora. *C. Exhibita 19. X. de Judic.* Aug. Berous *Consil. 34. V. 3. n.* 4. & 8. quia exceptio opposita, per processum ad ultiora, videtur rejecta. Gabriel. *conclus. L. 2. concl. 1.*

§. IX.

Exceptiones anomole an ad incidentes vel emergentes pertineant?

Porro exceptiones quædam dicuntur anomolæ, seu alio vocabulo mixtæ, ut exceptio jurandi, transactionis & rei judicatae, quæ possunt opponi in forma emergentium ad excludendum processum, & in forma incidentium ad excludendam actionem, & secundum modum opponendi judicantur vel emergentes, vel incidentes, e.g. si exceptio transactionis opponitur ad Litis contestationem, ista ex modo opponendi dicitur emergens. Non enim de justitia vel injustitia causæ tractatur, sed de hoc: An non non obstante hac exceptione sit procedendum, vel non? Si exceptio transactionis opponitur ad merita causæ principalis, e.g. Ego dico, me absolvendum, quia transactum, tunc ista exceptio dicitur incidentis, & una cum principali citra speciale pronuntiationem poterit sopiri. Fulv. Patian. *tr. de probat. L. 1. cap. 58.* n. 15. Petr. Gilken *ad L. 1. C. de ord. judic.* Gonzalez Tellez *ad C. 1. X. de ord. cognit.* n. 14. In dubio exceptio jurisjurandi, transactionis & rei judicatae præsumitur esse opposita ad merita causæ, & non ad processum impediendum. Bald. *in L. Eleganter 23. §. 1. ff. de condic. indeb.* & *in L. peremptorias 2. n. 29. C. sententiam rescindi non posse.* Hoc enim

nim speciali privilegio ex *C. i. de litis contest. in 610 tres di-*
ctæ exceptiones gaudent, ut in ingressu litis non tantum
ad impediendam litis contestationem, sed etiam ad ob-
tinendam plenam absolutionem opponi possint.

§. X.

Ulterius incidentem differre dicunt a dependente *Differentia*
quæstione, siquidem dependens est, quod quoquo mo- *incidentia &*
do negotium principale respicit, & ab eo originem tra- *dependentia*
hit, ita ut pendente negotio principali dependens tra- *cansæ.*
ctari debeat. Carol. Ruin. Consil. 164, n. 9. V. 5. Nic. Ro-
driguez Fermosinus ad C. Tuam 3. X. de Ord. cognit. quæst.
2. n. 28. unde Judex seu abiter, qui habet cognitionem
in causa principali, habet etiam in dependente ab ea,
cum dependentium idem sit judicium. Petr. Barbosa
ad L. venditor 49. n. 155. ff. de Judic. Nic. Rodriguez Fer-
mosinus d. q. 2. n. 28.

§. XI.

Ulterius causa incidens differt a causa connexa. *ut & con-*
Connexitas enim causæ concernit eandem rem, ita, ut *nexe,*
cognitio unius ad alterius cognitionem faciat. Mevius
consil. 14. n. 5. & consil. 54. n. 32. ubi tradit regulam: Quan-
do sententia lata in uno, non parit exceptionem rei judi-
catae in altero, ibi connexitas causæ non intelligitur. Ex-
emplum quoad connexitatem causæ habemus in tutela
& redditione rationum quoad tutelæ administrationem,
quia unum ad alterius facit perfectionem arg. L. 17. ff. de-
negot. geß.

§. XII.

Verum uti jam supra dictum est, non exacte o- *Incidentia*
mnia a se invicem separari possunt, cum negotiorum *queſtio ſe-*
civilium varietas certam determinationem non recipi- *piu de aliis*
at. participat.

12 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO
at. Quapropter nec in sequentibus hæc semper ac-
curate separari poterunt. Nobis sufficerit, ostendisse in præsenti disputatione, qua ratione causa
incidentis etiam coram illo Judice tractari possit,
ad quem vel in judicium principaliter non deduceta, vel
qui alias plane inhabilis est, ut super tali causa principa-
liter cognoscere possit, qui tamen incidenter cognos-
cendi facultatem consequitur.

CAPUT II.
DE
CAUSA INCIDENTE IN
FORO INCOMPETENTI CIVILI.
§. I.

*De
Causa spiri-
tuali in ju-
dicio civili
incidente.*
PErspœcta causarum incidentium, emergentium,
connexarum & præjudicialium diversitate, nunc
primo loco agemus de causa incidente in foro
incompetente civili. Talis est causa spiritualis,
causa temporali coram Judice laico principaliter mota.
Elegans exemplum extat *in C. Tuam 3. X. de ord. cognit.*
Casus est talis. Vir aut mulier coram Judice laico pe-
tit se declari heredem ratione consanguinitatis: Objicitur
natalium defectus, eo, quod matrimonium, ex quo
nata est, fuerit putativum & invalidum. Hæc exce-
ptio est actionis & causæ principaliter motæ perempto-
ria, seu in eam incidentis, de qua prius cognosci debet,
quam de principali. Aliud exemplum *in C. Lator 5. X.*
qui filii sint legit. Species hic talis proponitur. Peten-
ti coram Judice laico hereditatem avi, objicitur exce-
ptio:

ptio: Patrem eius non fuisse de legitimo matrimonio natum, & ideo de hereditate avi sui nihil posse jure successorio vindicare.

§. II.

Quæritur nunc: An Judex laicus de tali quæstione spirituali incidenti possit cognoscere? videbatur quod *An Judex* *Laicus inci-*
sic, ex regula Juris: Qui de principali cognoscit, etiam denter de
de accessorio incidenti recte dispicit, et si ejus incidentis Causa Spi-
cognitio alioquin ad eum pertinere nequeat. L. Quoties rituali co-
3. C. de Judic. ibique Dd. Verum regula non procedit, si gnoscari?

principalis causa sit civilis, & quæ incidit, sit spiritualis, cum Judici laico in causis spiritualibus nihil possit esse commercii. Ernest. Cothm. *Reß. Jur. resp. 32. n. 3. 4. s.* ut hinc neque principaliter, neque incidenter, nec reconveniendo de causa spirituali possit cognoscere aut judicare. *C. At siclerici 4. X. de Judic. Gloss. in C. Si judex 12. de sent. & excommun. in 6to. Autb. Causa. Autb. Statuimus C. de Episcop. & Cleric. Jacob. Cujacius in C. Lator. 5. X. qui filii sint legitimi & in C. 1. 2. 3. X. de donat. inter V. & II. Ægid. Bellameræ. ad Decretal. C. Tuam. 3. de ord. cognit. n. 2. & 8. quia Judex secularis non modo est incompetens, sed penitus incapax ex toto genere & actu & habitu. Vincent. de Franchis *decis. 55. n. 9.* ita, ut contrarium consuetudine introduci nequeat. *C. Causam. 7. X. de prescript.* Quando enim quæstio præjudicialis talis est, quæ sui natura ad Judicem istum non pertinet, ad Judicem competentem regulariter remittenda est. E.g. Accusatur *Exemplum* quis de raptu virginis coram Iudice laico, accusatus ad *in matrimo-* *nio.* cui excusationem opponit exceptionem: Se cum virgi-
ne ista matrimonium contraxisse. Non poterit ergo
*Iu-**

14 CAP. II. De CAUSA INCIDENTE IN FORO

Iudex laicus de quæstione hac spirituali incidente cognoscere, sed tam diu in materia raptus ipsi supercedendum erit, donec causa hæc matrimonialis tanquam præjudicialis a Iudice ecclesiastico satis cognita & plene discussa fuerit. Si enim matrimonium probatur, cessat raptus, ejusq; pœna *C. fin. X. de rapt.* Hinc a decisione hujus quæstionis spiritualis unice judicium de raptu virginis principaliter institutum dependet. *Alexand. in L. Titia 34. ff.*

Exemplum in Decimis. *solut. matrim.* Sic punctus decimarum incidens in petitorio, ad cognitionem Judicis Ecclesiastici remittitur, & interim decisio causæ principalis suspenditur. Heinric. a Rosenthal. *de Fend. Cap. 12. concl. 2. n. 58.* Incidentia enim tollit quidem incompetentiā, sed non incapacitatem, quia incapacitas dicit negationem Jurisdictionis ob impedimentum in persona laici. Nic. Rodriguez Fermosinus *de Judic. quest. 7. n. 1. pag. 445.* Annon. Graniñeto *in Decretal. ad C. Tuam. 3. de ord. cognit. n. 3.* Quæ jam ex textib. Jur. Civil. & Canon. de prompta & probata sunt de quæstione præjudiciali ecclesiastica in causam civilem principalem incidente, quod sc. ad Judicem ecclesiasticum remittenda sit, & interea causa civilis suspenderatur, id Iure Provinciali Magdeburg. de novo confirmatum reperitur in der Magdeb. verbessert. Proces-Ord. *de Anno 1696. cap. 1. §. 18.* hisce verbis: Wenn vor unserer Regierung / oder Untergerichte eine quæstio præjudicialis ecclesiastica einfällt / soll dieselbe an das Consistorium verweisen / und bis zu derer Erörterung die Hauptache in Civilibus in suspenso gelassen werden. Erwürfe aber eine quæstio præjudicialis civilis, soll solche

INCOMPETENTI CIVILI.

15

the von deren weltlichen Gerichten. Zuförderst ab-
gethan / und die Hauptfache hernach bey dem Consi-
storio entschieden werden.

§. III.

Ex præcepti §. cum pateat, causas spirituales *Nec summa-
ad forum Ecclesiasticum pertinere privative, hinc por-
ro sequitur, quod Judex laicus de spiritualibus nequeat
cognoscere C. decernimus 2. X. de Judic. imo nec de cau-
sis spiritualibus connexis. C. Quanto. 3. X. de Judic. quod
procedit non solum, quando de causa spirituali coram
laico principaliter agitur, sed etiam quando principaliter
agitur coram laico de causa prophana, & quæstio
spiritualis incidit. Nam Judex laicus hujus incidentis
ita incompetens est, ut de incidenti spirituali nequidem
valeat summariter cognoscere, cum ratio incapacitatis
seu prohibitionis eadem vigeat in causa plenaria, quam
in causa summaria; quia data Judicis incapacitate, Ju-
dicii prorogatio, & tacitus vel expressus partium con-
fensus nihil operatur, cum Jurisdictio, quæ habitualiter
adest, partium consensu possit prorogari, quamvis re-
cusabilis, non autem illa, quæ omnino abest. Cardinal.
de Luca in Theatro. Veritat. & Justit. de Benefic. L. 12. p. 1.
disc. 92. n. 3. Et dum temporale incidit in causam spiri-
tualem, eam tangit, ac per consequens ad Judicem ipsius
causæ pertinet, & ejusdem incidentis cognitionis lai-
cus incapax est eadem ratione, qua ipsius causæ princi-
palis existit. Hinc regula, quod judex principalis cau-
sæ, sit etiam Judex incidentis, limitanda, dummodo in-
capax non existat. Felician. de Oliva de foro Eccles. p. 1.
quest. 8. n. 4. 5. 11. 12. § 31.*

C

§. IV.

§. IV.

*De matri-
monio insi-
delium co-
gnoscit lai-
cus.*

Aliquando tamen de re spirituali e. g. matrimonio laicus incidenter potest cognoscere. Aut enim agitur de matrimonio, quatenus est contractus civilis tantum, quatenusque est illud, quod contrahitur apud infideles, ut in C. *Quanto 7. X. de divorcio*. de eo potest Judex laicus cognoscere, etiam principaliter, sive tractetur quæstio facti, sive Juris, quia in hoc matrimonio nulla datur spiritualitas, quæ impedit illam cognitionem. Sic laicus potest cognoscere de causa spirituali incidenti inter Judæos, vel infideles, quia ex quo ipsi sunt extra ecclesiam, ideo ecclesia non impedit de iis cognoscere. *Mariana 1r. de ord. Judic. p. 4. dist. 11. n. 67.* Sunt enim Judæi & alii infideles de populo & corpore Civitatis, non vero de corpore spirituali. *Petr. Caball. resolut. Crimin. cap. 4. n. 1.* Sed si agatur de matrimonio quatenus est sacramentum C. *Ad abolendam 3. X. de Hereticis.* & sic censetur, quid spirituale. *Clement. dispensatio 2. de Judic. in 61o.* quale est apud fideles, non poterit secularis de quæstione juris principaliter aut incidenter cognoscere. C. *Tuam 3. X. de ord. cogniti.* *Morla in Emporio Jur. p. 1. tit. 2. n. 134. pag. 89.* per modum disceptationis, vel viam contentiosam. *Francisc. Marci decis. quæst. 496. n. 19.* Anton. *Capaci decis. 7. n. 4.* Bene tamen per viam amicabilis compositionis.

§. V.

*Super facto
matrimonii
incidenter
cognoscit
laicus.*

Porro super matrimonii quæstione incidenti cognoscere potest judex secularis, si super facto matrimonii controversia sit, e. g. quando non dubitatur de matrimonii validitate, sed tantum dubium, utrum fuerit inter aliquos contractum matrimonium, tunc laicus in-

cidenter potest cognoscere. arg. L. 1. §. 14. ff. de ventr. in posseſſ. mitt. Gloss. in C. Tuam 3. v. 6. patienter expectes. X. de ord. cognit. & in C. Lator. 5. 6. non dimittit. X. qui fil. sint. Matth. de Afflict. decis. 219. n. 5. Franci. Marci decis. quæſt. 703. n. 3. Ægid. Bossius tr. Crim. tit. de for. compet. n. 121. Matth. Welenb. consil. 56. n. 6. p. 2. Cardinal de Luca in Theatr. Veritat. & Justit. de Judic. p. 1. disc. 3. n. 31. Cum enim tantum dubiatur de Matrimonio, quatenus in puro facto conſiſtit, nulla Juris Canonici peritia eſt neceſſaria, & cauſa ipſa mere temporalis cenſetur, haecque facti cognitione omnino separata eſt a cognitione cauſæ ſpiritualis, & ideo nihil impedit, laicum de ea cognosce re; modo dubitatio ſit de ſolo facto, quia non tangit fœdus Matrimonii, ſed tantum qualitatem quandam extrin ſecam, quæ non in Jure, ſed in facto ſe fundat. Baldus ad C. tuam 3. X. de ord. cognit. nec ex hac cognitione præjudicatur eſſentia matrimonii, cum poſſit iterum in ju dicio Eccleſiaſtico traſtari principaliter. Nic. Rodriguez Fermofinus ad C. Tuam 3. X. de ord. cognit. quæſt. 12. n. 2. Quamdui autem eſſentia matrimonii per ſententiam non præjudicatur, tam diu pro cauſa ſpirituali non reputatur. Hieron. de Cævollos Specul. opinion. commun. quæſt. 897. n. 976.

§. VI.

Pariter Ju dex ſecularis de cauſa matrimonii cog noſcet, ſi quæſtio incida t super matrimonii poſſefforio, ſc. an illi de facto conjuges ſint, ſive in ſtatu conjugali vivant. Si enim agat maritus contra tertium laicum aliquem, detinentem uxorem actoris, hic vero coram Ju dice laico excipiat; non eſſe illam ejus uxorem, quæſtio

Idem in matrimonii poſſefforio.

18 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

stio facti inde nascitur super matrimonio: an hucusque ut coniuges vixerint, & illa ipsa ut uxor cohabitaverit. Possessorum enim matrimonii per solam cohabitacionem probari potest. Hoc casu itaque Judicem secularem incidenter etiam de matrimonio cognoscere posse, certum est. Bald. ad L. fin. C. de liber. hom. exhib. Hieron. de Cœval. d. q. 897. n. 978. Longe alia ratio foret, si causa stupri ad judicem secularem devoluta, & tunc incidat quæstio matrimonii, cuius promissionem urget stuprata: Tunc enim non facti, sed juris quæstio intervenit: an ex stupro elicienda sit promissio matrimonii, & hinc haec causa remittenda ad Judicem Ecclesiasticum, seu Confessorium.

§. VII.

Ut in matrimonio clandestino. Ulterius super causa matrimoniali incidenter cognoscere posse Judicem laicum assurunt, si de clandestino matrimo quæstio incidat. Cum enim hoc LL. Canonis interdictum sit, non potest inde nasci effectus spiritualis, sed potius ejusmodi despensatio involvit delictum, quod a Judice seculari quoque puniri potest; Ex quo sequitur, exceptionem promissi matrimonii, si clandestinitas ex partium confessione sit manifesta, negligi a Judice seculari, & illa non obstante, sententiam in causa principali ferri posse, per tradita Hieron. de Cœval. d. q. 897. n. 66. & seqq. Thom. Sanchez de Matrim. L. 3. disp. 54. n. 6. & per tot. Ioan. Gutierrez. pr. quest. p. 2. q. 2. n. 1. Quamvis si matrimonium clandestinum jam contractum sit, & de ejus substantia seu dissolutione queratur, res omnia ad Confessorium remittenda.

§. VIII.

§. VIII.

Qua occasione non negligenda cautela, quam hic
suggerunt Cc. si super matrimonio, vel alia causa eccle-
siastica incidat quæstio etiam facti coram Judice laico,
consulto res agitur ab eo, cuius interest, ut ecclesiasti-
cum judicem accedat, ab eoque petat, ut illius quæstio-
nis cognitionem assumat, & laico inhibeat, ne
in causa incidenter procedat. Tunc enim si Iudex lai-
cus nondum cœpit illud negotium tractare, ecclesiasti-
cus citatis his, quos id tangit, eandem incidentem cau-
sam expediet. Didac. Covarruv. tom. i. de Matrim. p. 7. c.
8. § 12. n. 10. Joan. Gutierez pr. quæst. L. 3. § 4. q. 26. n. 1.
Hæc tamen inhibitio Judicis ecclesiastici non debet fie-
ri sine causæ cognitione, nisi forte plane no-
toria sit incompetencia. Hieron. de Cævallos Specul. o-
pinion. commun. q. 897. n. 989. Alias enim, si talis inhibitione
minus legitime facta, non facit nullam Judicis secularis
cognitionem, etiamsi ab illa inhibitione non fuisset ap-
pellatum Rol. a Valle v. 2. consil. 77. n. 26.

§. IX.

Sed ne per singulas causarum spiritualium species Non tamen
ire necessum habeamus, illa, quæ de quæstione facti di- in omni cau-
cta sunt quoad matrimonium, reliquis etiam speciebus sa spirituali
applicanda erunt, & hac ratione causas spirituales distin- Super facto
guunt Cc. quod quædam sint mere spirituales, ut causa cognoscit
excommunicationis, hæresis, simoniæ, electionis ad be- ldictus.
neficia ecclesiastica, collationis ordinis, possessionis ec-
clesiarum &c. quædam vero causæ licet sint spirituales,
cadunt tamen in laicos, prout quæstio de matrimonio,
sacrilegio, perjurio &c. Priori casu laicus nullo modo

20 CAPVT II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

neque indirecte potest cognoscere, etiam quod quæstio
incidat super facto, sed pura & nuda executio ad requi-
sitionem Judicis ecclesiastici ad laicum pertinet C. Ut in-
quisitionis 18. §. probibemus de Heretic. in 6to. Alexand.
Sperell. decis. 193. n. 51. Posteriori casu potest cognoscere, si
quæstio incidat super facto, quia in quæstione facti inci-
dente causa spirituali, dummodo factum sit ab omni
spiritualitate abstractum, Iudex laicus competens est.
Prosper. Farinac tr. de tesiib. L. i. tit. i. q. 8. n. 18. Zanger. tr.
de exception. cap. 10. p. 2. n. 14. § 16.

§. X.

*De possessio-
ne causa-
rum spiritu-
alium.*

Et hoc pertinet etiam generale conclusum Dd.
quod de causa spirituali etiam cognoscere possit Iudex
secularis, si non de ejus Justitia, sed possessione tantum
quæstio moveatur. Possessorum enim causæ spirituali-
lis non est spirituale, sed temporale. Gail. L. i. obf. 38. n. 3.
Carpz. Confitor. p. 1. def. 138. n. 7. Hier. de Cævall. in Spec.
opin. comm. d. q. 897. n. 158. Joseph. de Sese tr. de inhibit.

De decimis.

cap. 8. §. 3. n. 48. Boer. decis. 69. n. 23. Nec enim inconve-
niens est, respectu ejusdem rei petitorum esse spirituale,
& possessorum temporale, cum nihil commune inter se
habeant. Guid. Papæ decis. q. 1. p. 1. tot. sic licet causa decima-
rum sit spiritualis, possessorum tamen non videtur spiri-
tuale. Aliud enim est res, aliud possessio rei; Igitur si pos-
sessio consistat in facto, non dicitur jus spirituale, hinc
laicus videtur competens Carpz. Conf. p. 1. definit. 138.
n. 7. Aymon. Cravett. confil. p. 2. Confil. 258. n. 1. Joan. Gu-
tierrez L. 3. § 4. q. 26. n. 2. § 9. Sic causa usurarum est spi-
ritualis, si queritur: An contractus sit fœneratus, sed
si quæstio est facti, an sc. usuræ extortæ sint, & restitui de-

De usuris.

beant?

beant? tunc laicus incidenter cognoscit. Jacob Menoch.
consil. 166. n. 12. Idem obrinet, si quæstio incidat de obser- *De Jura-*
vatione juramenti, sc. an juratum sit, tunc si de facto con- *menti Ob-*
stat, iudex secularis ad ejus observantiam constringere *servatione.*
poteſt illum, qui juravit. Hier. de Cævall. Spec. quæſt.
comm. q. 897. n. 150. Porro si quæstio incidat super posses-
sione beneficii Ecclesiastici; An sc. quis fuerit spoliatus, *De Benefi-*
necne? quæſtio hæc facti est & super illa cognoscit iudex *cis.*
secularis. Hier. de Cævall. d. l. n. 158. Quamvis enim a-
lias etiam in possessorio rei ecclesiastice Iurisdictio sit
Episcopi. Didac. Covarruvias. pr. q. 35. n. 1. vers. sit secun-
da conclusio. Casp. Klock Consil. 39. n. 26. attamen nec lai-
co hæc deneganda cognitio, præfertim si causa hæc in ju-
*dicio principali incidat. Idem etiam obtinet in posses- *De Jure Pa-*
sorio Juris patronatus; quamvis enim Iudex secularis de *tronatus.*
hoc principaliter cognoscere nequeat. cum sit causa eccle-
siaſtifica C. fin. X. de Iudic. accessorie tamen seu incidenter
*poterit, e.g. si quis in possessione juris patronatus tur-
 batus, vel plane dejectus, & patronus hunc turban-
 tem actione injuriarum coram iudice laico conveniat,*
reus autem actori jus patronatus competuisse neget, in-
incidenter laicus de hoc jure, vel potius de ejus quasi pos-
sessione cognoscere valebit. Hier. de Cævall. d. q. 897.
*n. 995.**

§. XI.

In §. præcedenti allatum fuit, Iudicem laicum ali-
 quando de re spirituali incidenter posse cognoscere, si su-
 per facto & possessione rei spiritualis controversia exorta
 fuerit; Restat nunc proponendum, quod iure Provin- *Iure provin-*
cial. Magde-
burg. laicus
etiam de
possessio cauf.
spiritual.
in- cognoscit.

22 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

incidentem ventilare possit, si super facto & possessione rei spiritualis, E. g. Iuris Patronatus, distributionis decimarum quæstio existat, prout verba prædicti Iur. provincial. in Ordinat. Process. de Ao. 1696. cap. I. §. 19. & 20. sese habent. Ob auch wohl sonst die causæ Iuris Patronatus, distributionis decimarum, Salariorum & Legatorum (wenn diese letztere Kirchen/Schulen/ und Hospitalien bekentlich zusehen; Denn außer dem die Erörterung und Entscheidung der Weltlichen Obrigkeit zurombt) vor das Consistorium gehören / so sollen doch selbige/ wenn die quæstio über der bloßen possession sive retinenda, sive recuperanda entstehet / vor denen Weltlichen Gerichen ausgeübet werden. Wohin auch nach Inhalt der Reichs-Constitutionen und allgemeiner observantz die causæ usurariae pravitatis gehörig/unerachtet in denen Päpstlichen Rechten ein anders versehen. Idem Iuris obtinet, si super possessorio matrimonii ad respondeandam uxorem super dote, bonis paraphernalibus, aliisque causis a matrimonio dependentibus quæstio emerget juxta jam jam allegat. Cap. I. §. 21.

§. XII.

*An laicus de
titulo pos-
sessionis in-
cidenter co-
gnoscatur?*

Utrum autem laicus de possessione rei spiritualis cognoscens, de titulo possessionis incidenter posit cognoscere, altioris indaginis est? Nos sequenti distinctione adhibita affirmativam amplectimur. Aut de titulo possessionis principaliter, aut incidenter tantum diputatur. Si principaliter, laicus hujus causæ Judex non existit, quia quoties causa possessoria mixtam habet proprietatis quæstionein, non potest per Judicem secularem expediri, sed est omnino per judicem Ecclesiasticum exa-

examinanda. Hæc conclusio probatur ex eo, quod possorium istud judicium minime dici possit temporale, cum habet admixtam cognitionem juris spiritualis. Corvarvuv. pr. q. Cap. 35. n. 1. p. 468. At si incidenter in possessorio de titulo tractatur, tunc laicus judex esse potest, quia ob id causa non redditur spiritualis, quod de titulo incidenter cognoscatur, ubi non plena & exacta tituli probatio exigitur, sed sufficit titulus coloratus ad possessionem justificandam, nec hoc casu principaliter super titulo pronuntiatur, sed solum per modum causæ, ut puta condemno te, ne Cajum in possessione sua justatur. Menoch de retin. possess. remed. 3. n. 328. 31. & 34. Et d. reçup. possess. remed. 15. n. 463.

§. XIII.

Extra hos casus si quæstio seu causa Ecclesiastica *Iudex Ecclesiasticus in-
cidat in causa civili principali, laico tam diu super-
sedendum, donec quæstio incidens per judicem Ec-
clesiasticum fuerit terminata. Panormit. ad C. Lator. 5. X. cognitionem
Qui filii sint legit. n. 4. Hinc Judex Ecclesiasticus potest
mittere inhibitionem laico, ne durante puncto incidenti-
ti processum inchoet, vel in negotio civili principali
procedat, & si instantiæ terminus labatur, antequam
finiatur articulus ille incidens, tunc isto casu Judex cau-
sam potest finire post terminm. Sigm. Scaccia de appell.
q. 15. n. 317. Quinimo parte opponente exceptionem causæ
spiritualis, processu laici post oppositam exceptionem non
valet, etiam sine inhibitoria. Ant. Capyc. dec. 7. n. 3. Felic.
de Oliva. de Foro Eccl. p. 1. q. 8. n. 24. Ratio, cur Judex lai-
cus non debeat procedere in negotio civili principali pen-
den-*

D

24 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

dente quæstione spirituali, ea est, ne partes graventur laboribus & expensis coram diversis Judicibus eodem tempore litigando, & ne negotium diversis processibus implicetur, & confusione quadam Judicij ordo perturbetur. Ideo ad evitandam contrarieratem, quæ potest esse inter sententiam Judicis ecclesiastici & laici, ne fortassis laicus adjudicaret hereditatem illi, quem clerius pronuntiaret illegitimum, sententia in causa civili suspendenda. Vivian. *Rational. J. Pontif. in C. Tuam 3. X. de ord. cognit.* Verum hic iterum observandum est, quod de causa matrimoniali supra §. 8. dictum; Judicem in dcernenda sua inhibitione, prævia causæ cognitione procedere debere, ne fine causæ turbasse dici possit cognitionem Judicis secularis.

§. XIV.

*Si causa in-
cidens a Ju-
dice Eccle-
siastico deci-
sa, judex la-
icus hoc se-
qui debet.*

Decreto igitur lato per Judicem ecclesiasticum super articulo spirituali, e.g. quoad matrimonii validitatem, tunc recurritur ad judicem causæ principalis, qui debet, imo cogitur in negotio civili principali hereditatis petitione, judicare secundum finem decisionis articuli coram Judice ecclesiastico decisi *C. 2. de except. in 6to.* Vincent. de Franchis *decis. 512. n. 3.* quia causa successio- nis dependet a matrimonii validitate, & legitimitate proliis Ideo autem debet exceptio nativitatis a judice ecclesiastico decidi, quia causa matrimonialis spectat ad judicem ecclesiasticum, & hinc etiam quæstio nativitatis tanquam dependens a matrimonio *C. Accessorium 42. de R. J. in 6to.* non solum, quando agitur inter conju- ges, & disputatur de validitate matrimonii, sed etiam quan-

INCOMPETENTI CIVILI.

25

quando' principaliter agitur de legitimitate filiorum. Un-gapauer. in Deereatal. ad C. Tuam 3. de ord. cognit. n. 5.

§. XV.

Quæ hucusque diximus de causa ecclesiastica in- *Regula de
cidenti in Judicio civili*, illa suo modo applicanda etiam *Causa incli-
ad causis ad hoc forum civile pro re nata non dente.*
pertinentibus. Generaliter enim verum manet, quod
omnis ille Judex, qui potest cognoscere de principali,
potest etiam cognoscere de incidenti, licet esset majoris
jurisdictionis, seu diversæ specieis Bartol. in L. 2. C. de Ju-
risdicit. om. Judic. Hanc regulam confirmamus exemplo *De Causa
causæ criminalis*, in judicio civili incidentis, ubi conclu- *criminali
dunt Dd. quod Judex civilis possit cognoscere de causa incidente.*
criminali incidente in causam civilem; Ægid. Bossius tr.
crim. tit. de for. compet. n. 121. Jacob. Menoch. in 3. remed. re-
tin. possess. n. 552. Sig. Scaccia de Judiciis. L. 1. C. 14. n. 1. § 2.
ubi tamen causa criminalis incidens ita debet esse con-
nexa causæ principali, ut sine ea eadem causa principa-
lis definiri non posse. Prosp. Farinac. tr. de testib. L. 1.
tit. 1. n. 57. Steph. Guazz. in Tr. de defens. Inquis. def. 1. cap.
13. n. 7. Exemplum est in teste, qui falsum testimoni- *De teste
um coram Judice Civili perhibuit. Contra hunc enim falso.*
Judex Civilis non solum incidenter inquirit, sed etiam
eum ex officio punire potest, ob falsum quod dixit, te-
stimonium, Afinius tr. de inbib. §. 3. c. 269. p. 183, si modo
de falsitate testis constet notorie & manifeste absque eo,
quod formetur alius processus, ut puta, quod sit con-
fessus, vel convictus. Farinac tr. de testib. L. 3. tit. 7. q.
67. §. 2. n. 42. Textus elegans in L. Nullum 14. C. de testib.
ibique Dd. L. si lis 11, § ibi Salyc. C ad L. Cornel. de falsis. licet
alio-

D 2

26 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

alioquin nullam in testem falsarium Jurisdictionem Judex Civilis habeat, quia ratione suæ falsæ depositionis testis efficitur de foro ipsius Judicis, coram quo falsum testificatus est, adeoque etiam per Judicem illum punitur, licet sit Judex causarum civilium. Matth. de Affict. decif. 219. Didac. Covarruv. pr. queſt. tom. 2. C. 18. n. 8. p. 414. Rola Valle consil. 17. v. 2. n. 1. & seqq. Farinac. tr. de testib. L. 3. tit. 7. q. 67. §. 2. n. 26. Attamen clericum falsum dicentein hic excipit Guazzinus decif. I. c. 13. n. 10. de quo dicam inferius c. 3. §. 6. Quod poenam attinet, saltem extraordinarie Judex Civilis falsarium punit ratione contemptus, non autem ordinarie; Poena enim ordinaria Judici criminali ordinari reservatur. Farinac. tr. de testib. L. 3. tit. 7. q. 67. n. 29. §. 38. si quidem per dispositionem L. Nullum 14. C. de testib. alteri Judici, qui alias de jure communi habet jurisdictionem in hunc delinquentem (ut puta ratione terrorii) non tollitur jus cognoscendi contra eum, etiam de delicto commisso in praesentia alterius Judicis, sed uterique habet jurisdictionem, adeoque in pari causa potior est causa Iudicis, qui prævenit. Capyc. Galeota refl. Fisc. I. n. 8. Vincent. de Franchis decif. 147. n. 3.

§. XVI.

*Quid juris,
si in foro Sa-
xonic. Ele-
ctoral. causa
criminalis
incidat?*

De Iure Sax. Electorali si in actione civili quaestio criminalis incidat, tunc sufficientibus ad formandam inquisitionem indicis existentibus, causa principalis tam diu in suspense manet, donec inquisitio finita; Hoc tammen temperamento adhibito, ut si plures puncti, crimen imputatum non concernentes, concurrent, ratione ceterorum processus continuetur. Placet huc totam decisionem Electoralem, cum rationibus dubitandi & deciden-

INCOMPETENTI CIVILI.

27

dendi elaboratam, apponere, quippe est Decis. 88. Es
begiebet sich mehrmals / daß bey angestellten Klagen
ein und das andre Theil von seiner Widerpart eines
begangnen falsi, oder vorsezlichen Betrugs beschul-
diget / und wenn sichs also darmit verhielte / dem
Hauptzweck ein merckliches præjudiz dadurch zugezo-
gen würde / daher entsteht die Frage: Ob in der
Hauptache so lange anzustehen sey / bis solches falsi
halber die inquisition angestellt und vollführt? Weil
nun allbereit die Klage vor Gerichte anhängig ge-
macht / auch einer zum Schein ein dergleichen
Vorgeben anzuspinnen / und sich damit aufzuhalten
versuchen dürfste / so wollen zwar etliche: Man solle
dem Procesz seinem Laufflassen / und wenn des falsi hal-
ber etwas vorgebracht wird / solches zum Beweis und
Ausführung aussezzen. Wir lassen uns aber um
der gemeinen Wohlfarth willen und klarer Verord-
nung der Rechte / und damit man desto ehe dem
Grund der Sache erfahren / und das Böse bestraffen
köinne / die andre Meynung / daß man nemlich / wenn
die in Rechten gesetzte / und in unserer Pollicey Ord-
nung begriffene / und zur Anstellung der inquisition
genügliche indicia des Betrugs halber sich ereignen /
als bald wegen solcher Ubelthat inquisitorie zuverhö-
ren / und in mittelst / bis das Erkäntniß erfolget / mit
weiteren Procesz / daran so viel nicht / als an jenem ge-
legen / in Ruhe gestanden werden solle / allerdinges
gefallen / jedoch mit der Bescheidenheit / wenn in der
Klage unterschiedene Puncte begriessen / daß durch
die inquisition diejenigen / welche das crimen falsi nicht

D 3

be-

28 CAPVT II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO
betrifft / nicht gehemmet / sondern der Procesß darin-
nen fortgesetzet werde. Wornach sich unsere hohen und
niedrige Gerichte zuachten.

§. XVII.

An si de cri- Judex itaque, qui cognoscit de aliquo crimine ci-
minaliter viliter, potest ex suo officio sine alio accusatore simul de-
cum cognoscere ter agatur, causa criminali incidenter cognoscere, & ad condemnationem criminalem eadem instantia contra delinquen-
etiam cognoscere tem venire. e.g. in actione injuriarum, vel alio crimine
privato, pro quo civiliter agitur, potest ex eodem processu, & eadem instantia condemnare etiam criminaliter pro dicto crimine, & maxime parte instante. Caba.
Resolut. Crim. cas. 87. n. 3. conf. Seb. Guazzin. Tr. de defens.
inquisit. def. 1. c. 3. p. tot. ubi notandum, quod si agatur actione ex delicto descendente non inferente poenam corporis faltem potentia, si super maleficio, de quo criminaliter accusatio institui poterat, adversus reumatitur civiliter, ad poenam parti applicandam, tunc origo facti, ex quo jus oritur, quoad competentiam fori attendenda est, quantumvis non criminaliter, sed tantum civiliter eo nomine agatur, quia hic quaestio civilis incidenter, & in consequentiam causae criminalis, non autem principaliter coram eo movetur. Coler. *in Process.*
executiv. I. p. 2. n. 140.

§. XVIII.

Quid si in- Porro quamvis pro eodem delicto simul & semel
judicio cri- eodem tempore non possit agi criminaliter, & civiliter,
minali, civi- tamen quando quaestio criminalis & civilis non proponi-
litis incidente? tur principaliter, sed criminalis principaliter, & civilis in-
cidenter, tunc concursus utriusque admittitur & tolera-
tur.

tur. Rol. a Valle *consil. 30. v. 2. n. 3. & 4.* Sic Judex criminalis cognoscit de articulo civili incidenti, & ex eodem factō descendente, quando tangit eandem personam; quia contra quem delinquentem Judex maleficiorum potest cognoscere criminaliter, contra eundem potest cognoscere in civili incidenter e.g. si quis aliquem accusat, contra se falsos testes produxisse, poterit etiam petere incidenter, sententiam, prætextu falsorum testimoniū latam, rescindendam esse. Alexand. post Imol. *in L. divus 33. in ult. not. ff. de Re Judic.* Fontanella *decis. 563. n. 1. 7. & 11.* quia Judex, qui habet Jurisdictionem in causa principali, habet etiam Jurisdictionem in dependente ab ea, & qui unius Judex, etiam alterius Judex, idque ratione connexitatis Fontanella *d. 1. n. 15.* Sic Judex criminalis *Iudex Criminalis ad* furem ad poenam furti criminaliē condemnans, insimul *minalis ad* eum ad restitutionem rerum furtivarum, ad damna & in panam & teresse partis condemnare debet; Bald. & Caftrens. *in L. ad reſtitutio-* *ſolemus 61. §. 1. ff. de Jud.* Bartol. *in L. 56. §. 1. ff. de Furt.* Farin. *tionem con-* *demnat.* *de teſtib.* L. 1. tit. 1. q. 1. Idque multo magis secundum nostrum Jus Provinciale, ubi Judici criminali specialiter injunctum, criminis reo non solum debitam delicto poenam imponere, sed etiam parti læsæ eadem sententia de satisfactione privata prospicere; Magdeb. Process-Ordnung *de Ao. 1696. cap. 50. §. 10. in verb. final.* Und zugleich das privat interessé gebührend beobachtet werden soll. Quare cum Mens. Febr. Ao. 1697. in puncto illatæ realis injuriæ, facta denuntiatione injuriati, Acta inquisitorialia ad illustr. Facultat. Juridic. Friderician. a Magistratu Halens. transmitterentur, sententia lata tum poenam ratione interesse publici, ne delicta maneat impunita, tum etiam satisfactionem privatam ratione partis offen-

ſæ,

30 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO
sæ, & in specie damnum ex illata reali injuria & ex luci-
cessione perpeccatum determinavit huncce in modum:
Demnach erachten wir Ordinarius &c. vor Recht: Dass
Mævius zu foderst Cajo eine Christl. Abbitte und Eh-
ren erklärung vor Gerichte zu thun; Hiernächst we-
gen der Heilung mit dem Chirurgo sich zu vergleichen/
und besagtem Cajo dem an seinem Rocke gethanen
Schaden/wenn derselbe zuvor durch zwey verständige
Schneider gebührend taxiret/zuerstattet/ auch
demselben wegen seiner Schmerzen und Versäum-
nis 24. Thlr. zubezahlen schuldig/und wird er Mævius
über dem seliner verübtent Gewalt halber auf 14. Ta-
ge mit Gefängnis nebst erstattung aller Unkosten
billtg bestrafft. V. R. B. Hinc subsistit libellus di-
cendo: Peto eum puniri & condemnari, & rem mihi re-
stitui, seu damnum emendarri, nec hoc casu videtur actio
criminalis & civilis in eodem libello intentari, sed dicitur
intentari criminalis tantum, & incidenter imploratur
officium Judicis, ut faciat rem mihi restitui. Petr. Caball.
Resolut. Crim. Caf. 32. n. 1. Aym. Cravett. *Confil. 58. v. 1. n. 2.*
Judex enim non debet captivum antea relaxare, nisi
postquam satisfaciat parti privatæ. Text. in §. oportet
enim Autb. vt Judices sine quoquo suffrag. siant. cum esset
circuitus quidam iniqvus, si Iudex, cui ex Actis causæ cri-
minalis constat de damno partis privatæ, reum nocen-
tem relaxet, & partem cogat, ut alio & novo processu
agat. Hinc Iudex etiam sine aliqua petitione potest re-
um condemnare ad satisfactionem indemnitatis. Cravett
Confil. 140. v. 1. n. 6. Sic Iudex criminalis de stupro com-
misso & ejus poena cognoscens, incidenter simul de dota-
tio-

INCOMPETENTI CIVILI.

31

tione stupratæ, & de alimentis infanti ex stupro procreato præstandis, cognoscere poterit. Prout J.Cr. Jenens. Mens. Aug. de Ao. 1696. responderunt: Auf die mit Titia und Sempronio ergangene inquisitions Acta &c. sprechen wir Ordinarius &c. vor Recht: Das ermelter Sempronius wegen der mit Titia getriebenen Unzucht und däher erfolgten Schwangerung gestalten Sachen und Umständen nach auf 4. Wochen / die Titia aber auf 14. Tage zubestrafen / und beydersseits die Unkosten pro rata zuentrichten schuldig; Auch ist Sempronius mit der Titia ihrer Ausstattung / wie auch wegen alimentirung des Kindes / wenn dieselbe deszen genesen seyn wird / sich abzustufen verbunden. V. R. W.

Porro Iudex, qui de termini dejecti criminis cognoscit, de finibus etiam civiliter potest cognoscere L. 4. §. 1. ff. fin. regund. uti etiam Iudex maleficii potest incidenter cognoscere de turbatione civiliter, & sic utile est cumulare hæc judicia, quia probationes unius causæ alteram adjuvant, alioquin probationes factæ in causa civili, non sufficiunt ad condemnationem in causa criminali. Menoch de retin. possif. remed. 3. n. 554. Quod si tamen Iudex reum expresse absolvat a criminalitate tunc non potest ipsum civiliter condemnare. Sebast. Guazzin. Tr. de defens. reor. def. 1. cap. 12. per tut.

§. XIX.

Prædicta vero ratione quæstionis civilis incidentis in causam criminalem, & vice versa ratio judicio ecclesiastico incidentis in causam civilem non procedunt in foro ecclesiastico, ubi, si quæstio criminalis incidit, brachio seculari invocato, ad Iudicem rerum criminalium ea remittitur, & tam diu causa co-

E

ram

32 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

ram judge ecclesiastico principaliter mota acquiescit, do-
nec causa criminalis tanquam præjudicialis decisa fuerit,
arg. L. unic. C. quando *actio civilis præjud. criminal.* Aut
enim in judicio criminali sequitur sententia condemnatoria, & tunc super causa ecclesiastica amplius proceden-
dum non est; Aut absolvitoria, utpote, quod imputa-
tum crimen vel non extiterit, vel non satis probatum
fuerit, & tunc causa ecclesiastica, quæ huc usque aliquatenus dormivit, iterum reviviscit, & super ejus ventila-
tio ulterius disquiritur. Ponamus casum: Mævius
convenit Titiam coram judge ecclesiastico in puncto
malitiosæ factæ desertionis; At cum incidat causa criminalis, quod Titia Mævium malitiosæ non solum deser-
erit, sed etiam interea adulterium commiserit, quæstio
hæc criminalis incidens, cum causæ principali maximum
præjudicium faciat, prius per inquisitionem, instituto pro-
cessu criminali, deduci debet, antequam judex ad iepa-
rationem seu dissolutionem vinculi coujugalis progredi-
queat. Hunc in modum Illustr. Regimen & Confisto-
rium Ducat. Magdeburg. d. 18. Jun. A. 1690. pronuncia-
vit hisce formalibus: Was Mævius wieder deszen Ehe-
weib die Titiam wegen ihres bösen Lebens / auch be-
gangenen Ehebruchs und sonst mit Beschwer in
Schriften angeführt und gebethen / solches erschei-
net aus dem eopenlichen Einschluß mit mehrern.
Wann dann diese Criminal sache zuſöderst abge-
than werden muß / ehe wegen gesuchter separatio-
n quoad vinculum matrimonii der Proces fort-
gesetzt wird.

Als

Als befahlen wir euch dem Stadt Magistrat zu H. gnädigst/ wider besagte Titiam ohne Verzug inquisitorie zu verfahren und nach geendigten inquisitions Procesſ die Acta nebst euren berichte zu fernerer Verordnung zur Regerung und Consistorio allhier einzusenden. Seynd ic.

§. XX.

Cum hucusque quæſtiones quædam in processum *An in crimi-*
criminalē incidentes, ventilatæ fuerint, quæritur hic naliō que-
porro incidenter: An reus, ob certum quoddam cri-
mēn quæſtioni ſubjectus, incidenter de alio etiam deli-
cōto perpetrato, de quo legitima indicia nondum ex-
tant, ſub tortura interrogaſari poſſit? Primo quidem in-
tuitu proposita quæſtio plane neganda videtur, ideo,
quod reus absque indicis ſufficientibus neq; aquam ſub
tortumentis interrogaſari debeat, L. Milites 8. §. 5. C. de quæſt.
& ut tortura locum habeat, indicia legitima, legitime
probata, & ad defenſionem inquisito ante torturam com-
municata, ab eoque non elifa coniunctim requirantur,
Ordinat. Criminal. Carol. V. art. 23. 30. & 43. ibique Clas-
ſen in exeg. tam in delicto principali, quam ſuperveni-
ente, Oldenkop in quæſt. ad proceſſ. Criminal. decad. 1.
quæſt. 8. a. n. l. uſque ad n. 9. Carpz. in Pr. Crim. part. 3. quæſt.
124. n. 52. 53. & 54. Nihilominus tamen, re exactius ponde-
rata, quæſtio ſuperius allata, ſequenti diſtinzione ad-
hibita, affirmative decidi poterit. Aut enim delictum,
de quo reus ſub tortura incidenter interrogaſatur, eſt ejus-
dem ſpeiei, aut plane diverſi generis. Posteriori caſu
reus ſub quæſtione incidenter interrogaſari nequit e.g. Si
quis ob furtum præcedentibus legitimis indicis quæſtio-

34 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

ni subjicitur, non poterit de delicto incendi, cuius sufficientia ad torturam indicia non præcesserunt, sub tortura incidenter interrogari, cum delictum incendi cum furto nullam inter se connexionem & dependentiam habet. At priori casu reus incidenter de delicto ejusdem speciei sub quæstione interrogari poterit, præprimis, si jam dum leviuscula quædam judicia contra rerum inquisitum militant, e.g. inculpatum quis cujusdam furti, & propter hoc inculpatum furtum, formata a Magistratu inquisitione, alia adhuc furtæ contra reum, de furti cujusdam specialis commissione publice jam diffamatum, ad inquisitionem denuntiantur, de quibus reus, ob speciale furtum principaliter torturæ subjectus, incidenter sub tortura interrogari potest, licet ratione aliorum perpetratorum furtorum indubitata indicia contra eum non extiterint, sufficit, quod de furtæ se semel suspectum reddiderit. Farinac. pr. crim. de iudic. & tort. quæst. 37. 163. 167. & 171. Zanger. tract. de tortur. cap. 4. n. 8. Paris de Put. in tr. de synd. veltort. cap. 10. Hunc in modum Jct. Scabinat. Halens. Mens. Octobr. A. 1696. ad requisitionem Magistratus Halens. responderunt: So ist Cajus, wenn er auf nachmahliges gütliches befragen/ so viel diese beyden Deüben betrifft/ nichts richtiges bekennen selte/ dem Schäffrichter zu untergeben/ da dann derselbe über die andern gerügten Deüben mit zufälliger Weise befragt werden kan. V. R. W.

§. XXI.

An ex confessione inci- Utterius hic quæstio emergit: An ex confessione in iudicio civili incidenter facta reus puniatur? Quan- quam

quam alias, si quis delictum principaliter confiteatur, *denter facta*
vera delicti pena confitens afficiatur, cum eiusmodi *quis punia-*
confessio & notorium inducat, & condemnationem af-
ferat. Matth. de Afflīct. decif. 176. Nihilominus tamen,
 si talis confessio incidenter seu per modum exceptionis
 fieri, e.g. si testis examinatur, & casualiter dicat: Se esse
 homicidam, non poterit inde reus puniri; nec conde-
 mnari, *Hoppolit. de Marsiliis pr. criminal. §. postquam 9.*
 cum in judicio civili non tam exactæ probationes, ut in
 judicio criminali, requirantur, ubi efficaces & plenam
 fidem facientes probationes ad pœnam irrogandam ad-
 esse debent, *L. Sciant final. C. de probat.* Licet extra ordi-
 nem in eadem instantia propter connexitatem, cuius
 intuitu delictum principaliter deductum censetur, *Boſſ.*
Pr. criminal. tit. de confess. n. 41. & 42. reo pœna impona-
 tur, & ad fidem in causa producta faciendam insimul
 repellatur.

§. XXII.

Ultimo quæſtio non infreſquenter exoritur: Quo- *An pœnam*
 modo is, qui ad delictum incidenter concurrit, pu- *qui incur-*
 niatur, cum pœna, ob delictum commissum im- *rat. Si ad*
 ponenda, in culpa delinquentis ſemper ſe fundet? Unde *delictum in-*
 brocardicon enatum, quod pœnae delictis proportiona- *cidenter*
 tæ effe debeat. Venit ergo maximam in considera- *concurrat?*

E 3

civi-

36 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO
civitatis statum poenam capitalem indicit, non habet ea
locum, quando perturbatio incidenter subsecuta est, ni-
si pena a statuto indicta esset contra facientem id, ex
quo perturbatio sequi posset, quia de eo etiam, quod in-
cidenter contigit, cautum est Menoch. cit. loc. n. 5. Si-
mile judicium de casibus similibus ferendum. Lubet
unicum adhuc casum subjecere. Vi constitut. Criminal.
Imperat. Carol. V. Art. CXI. monetariis falsam monetam
excutentibus & expendentibus pena ignis imponitur;
Si vero ad hocce delictum capitale gravissimum quis sal-
tem incidenter concurrat, & ejusmodi falsariis admini-
cula quædam suppeditet, cestat quidam pena ordinaria,
in ejus tamen locum arbitraria substituitur; Ita I&t. Sca-
binat. Hallens. Mens. Jul. de Ao. 1695. responderunt. Hat
inquisitio dero Bekanntniß nach ihren Ehemanne /
welcher vor 10. Thhr. 16. gl. so genante wulde Männer
versertiget / bey welcher falschen hochverpönten Mün-
zung Vorschub gehan / und ihm zu diesen Schuff
Eyweisz / Milch / esig / Kohlen und die Steffkölle zu-
getragen und gereicht; Ob nun wohl auch / die all ei-
nige zum Betrug und Vorvortheilung des Nächsten
bescheinende Ausgabe falschen Geldes nach Schärfe
Carols des V. und heiligen Römischen Reichs Peinli-
chen Hals Gerichts Ordnung mit der Strafe des Feu-
ers anzusehen; Derjenige ingleichen / so dem falschen
Münzmaher mit Hülffe und That boshaftter Weise
an die Hand gehet / nach dem allgemeinen Kaiserli-
chen Rechten und einiger Rechtslehrer Meynung eben-
mäsig mit vorberührter Strafe zubelegen. Dieweil
aber inquisitio mit dem bey sich gehabten bösen 16 gl. st.
würck-

würcklich niemand betrogen / sondern es nur zu thun gesucht / völlig aber nicht zu Werke gebracht / welchen Falls denn die ordentliche Straffe wegfallt. Auff diejenigen aber / so denen falschen Münfern aus Lust Handreichung gethan / die peinliche Hals Gerichts-Ordnung / nach welcher dieses delictum zu bestraffen / weder die Feuers / noch einige andere Lebens / oder sonst ausdrückliche Straffe gesetzet / und folglich poena arbitria stadt findet : Zugeschweigen / daß inquisitio / inmaßen sie auch solches zu ihren Behuff vorliebet / von ihren Mannen verläutet / und zu Ausübung solcher Bosheit gebracht worden zu seyn scheinet ; So ist sie zwar mit des Feuers und anderer Lebensstraffe gestalten sachen nachzuverschonen ; Jedoch wld sie ihrer begangenen und bekannten Verbrechung halber mit Staubenschlägen des Landes ewig verwiesen V. R. W.

§. XXIII.

Judex datus ad proprietatem decernendam , si de *In causa*
possessione judicat, sententia ejus fit nulla. L.3. C. *Si a non proprietatis*
compet. Iudic. judicat. esse dicatur. C. I. X. de Sequest. possess. incidenter
& fruct. nisi quæstio de possessione sit incidens, ut sine de possessione
ea iudex causam proprietatis terminare nequeat; Calvol cognoscitur.
decis. in prælud. ad §. Judicis. 1. concl. 1. n. 1. 2. & 3. Quod
fieri solet in interdicto uti possidetis, ubi hoc præmittendum est ipsi judicio proprietatis, ut sciatur, quis petat, &
a quo petatur. Brunnerm. ad L.3. C. Si non compet. Judic.
Et quamvis proprietas & possesio sint res diversæ. L. Na-
turaliter §. 12. §. Nihil 1. ff. de aq. vel amitt. possess. attamen
ha-

38 CAP. II. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

habent ad invicem connexionem quandam tam ratione ejusdem objecti, quia utraque causa versatur circa eandem rem, dum finis possessorii est principium petitorii; quam ratione facilioris cognitionis. Qui enim cognovit de possessione, facilius proprietatis causam potest discernere, ideo ab uno judice recte cognoscuntur, ne continentia causæ dividatur C. I. X. de Caus. Possess. & proprietat. ibique Uungepauer. n. 3.

§. XXIV.

Judex inferior incidenter de nobilitate cognoscit.

*De questione status.
De Privilegio Principis.*

Eadem facultas de incidenti iudicandi conceditur Jure Civili, si quæstio nobilitatis incidat. Quamvis enim illa cognitio; an quis pro nobili repurandus? revera ad Principem, tanquam omnis dignitatis fontem, pertinet, & hinc tribunal judicis inferioris transcendat; si tamen ille, cui per conterturnum denegata nobilitas, alterum actione injuriarum coram Judicio oppidano conveniat, & reus persistat in neganda nobilitate actoris, incidenter omnino super nobilitate pronuntiare valet. Gutierrez de Jur. confirm. p. 1. c. 16. n. 7. Ioan. Garcias rr. de Nobil. gloss. 1. n. 28. & 33. Cæval. d. q. n. 955. quod ad omnem aliam quæstionem status coram incompetente Judice, incidentem, extendendum est, obclarum L. Quoties 3. C. de Judic. Idem jus obtinet, si de privilegio Principis quæstio incident? Quanquam enim alias Princeps, qui privilegium concedit, de eo etiam cognoscet, Mev. p. 6. decis. 341. intelligendum tamen id est, si de Substantia seu viribus privilegii principaliter disputatur, vel quoties privilegium jus ipsius Principis tangit; Secus si illud concernit jus alterius, vel incidenter de viribus privilegii disputatur, tunc ad judicem ordinarium ejus cognitione pertinet. Gyl-

Gylknayr. voc. jurisdict. Cam. §. penult. Gail. L. l. obs. l. n.
13. Blum. Process. Cameral. tit. 39. n. 3.

CAPVT III.

DE

CAUSA INCIDENTE IN FORO INCOMPETENTI ECCLESIASTICO.

§. I.

Eginus huc usque de causis incidentibus in foro seculari, quatenus illæ, ut ut ad forum alias non pertineant, incidenter hic decidi possint. Jam progradimur ad forum ecclesiasticum, paucis erpositituri: An etiam huc incidenter causæ seculares trahi, & una cum causa spirituali decidi possint. Et primo quidem de causis mixti fori vix dubium aliquod superesse poterit, illas incidenter a judice ecclesiastico cognosci posse, cum & principaliter ad judicium ecclesiasticum deduci valeant, arg. C. cum sit. 8. X. de For. Compet. Barbosa ad d. C. 8. n. 4. Menoch. remed. 15. Recup. possess. n. 705. Sunt autem causæ mixti fori, quæ, licet ex se & sibi natura temporales sint, aliqua tamen lege civili seu canonica, vel rationabili consuetudine non privative, sed cumulative Judicio ecclesiæ sunt reservatæ, ut delicta, quæ ad utrumque forum deferri possunt, Gonzal. Tellez ad C. de prud. 3. X. de donat. inter. V. & U. sub. n. 6. Et de his delictis mixti fori agit Nic. Rodrig. Fermosin. ad d. C. 8. X. de For. compet. q. 5. & seqq. Add. Marta de jurisdict. Lib. 2. In his itaque causis locus erit præventioni, ut ille *Hic locutus* *Judex* *sive* *præventioni*.

F

Iai-

40 CAPVT III. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

An punitus laicus, sive ecclesiasticus potior sit, qui prius delinquenter à judice Laico ab Eccles. iterum puniri queat? Quamvis itaque ab aliquibus in controversiam vocetur; an ob tale delictum mixti fori punitus a judice laico, iterum a judice ecclesiastico puniri possit? Attamen verissima illorum sententia est, qui statuunt: Si poena a Judice laico legitime dictata fuerit, novam poenam a judice ecclesiastico locum habere non posse. Oliva d. C. n. 30. Præventio enim impedit jurisdictionem in alio loco ejusdem criminis nomine L. *Siquis postea 7. ff. de judic.* Cap. *Propositi 14. X. de for. compet.* Damhouder. pr. criminal. cap. 33. n. 1. & seqq. Quod tamen temperandum existimo, nisi poena ecclesiastica tantum tendat ad remotionem scandali Ecclesiæ dati; Sic punitus ob stuprum a Judice seculari, tamen adhuc puniri potest a Judice ecclesiastico ad depreciationem publicam vel pœnitentiam ecclesiasticam. Carpz. J. P. F. L. 3. def. 94. Dn. Brunnen. de Jur. eccles. L. 2. c. 19. §. 28. quam ob causam non admittenda Carpzov. sententia, quam habet in Pr. Crim. q. 96. n. 55. pœnam carceris propter illam pœnitentiam mitigandam esse, ne duplice pœna afficiatur delinquens: Dupublicem enim finem hæc duplicata poena respicit, altera Reipubl. altera Ecclesiæ satisfactionem. Hinc una alteram non minuit. Dn. Præses in Not. ad Jus Eccles. Brunnen. q. 19. §. 28.

§. II.

De dote incidenter co-gnoscit Iu-dex Eccles. Quamvis itaque Judicium ecclesiasticum ad certas causas restrictum sit, interim tamen negandum non est, incidenter etiam de causis secularibus quandoque cognoscere posse Consistorium. Casus occurrit in C. de prudenter

tia

OPO INCOMPETENTI ECCLESIASTICO.

41

tia 3. X. de Donat. inter V. & U. ubi cum super matrimonio, ob consanguinitatem dissolvendo, controversia coram Judice ecclesiastico moveretur, & simul de dote mulieri restituenda quæstio incidenteret, sententia super di- vortio tantum lata, & causa dotis tanquam secularis di- lata. Rescripsit ad hoc Pontifex, quod, quia secundum jura de matrimonio principaliter cognovisti, de dote etiam, que est causa INCIDENS, accessorie cognoscere valueris. Quamvis itaque circa hunc textum a quibusdam dispu- tetur; an non causa dotis sit mixti fori, & eapropter ecclesiastici judicis cognitioni subjecta? Placuit tamen aliis, causam dotis esse secularē & hinc ejus cognitio- nem ad judicem secularē spectare. Gutierrez. L. 1. pr. quæst. C. 44. Molina de Primogenit. L. 2. C. 5. n. 57. Qua- Aliud si de- propter si de dote principaliter ageretur, non posset Ju- dote princi- dex ecclesiasticus de illa cognoscere; Petr. Barbosa ad L. paliter aga- Dotium causa i. n. 26. ff. solut. matrim. p. 16. Imo etiam si tur?

matrimonii causa tantum coram ecclesiastico fuisse agi- tata, nulla facta mentione de dote, tunc Judex ecclesiasticus de dote cognoscere non valereret, cum in eo casu non diceretur incidens. Ant. Granaiero in Decretal. ad C. Tu- am 3. X. de Ord. cognit. n. 5. Causa enim dotis principaliter pertinet ad Judicem secularē L. 46. & 73. ff. de Jur. dot. L. 29. & 30. C. eod. Fermoſin. ad C. Novit. 13. X. de Judic. q. 13. n. 22.

§. III. Non itaque obstat, quod causa ecclesiastica incidentis in foro civili regulariter remittenda sit ad judicem ecclæ- fessorum. Ergo vice versa causa hæc dotis tanquam civilis quod laicus remittenda videtur ad judicem laicum. Verum subest super inci-

HOIT

F 2

hoc

42 CAP. III. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

*dente spiri-
tuali non
cognoscat?*

hoc casu differentia quoad effectum cognoscendi de causis incidentibus. Nam incapaces & vetiti, quales sunt laici in causis spiritualibus, nec principaliter nec incidenter cognoscere possunt de causis, in quibus sunt in capaces & directo prohibiti, quales sunt laici in causis clericorum. At vero judices incompetentes, quamvis non possint principaliter cognoscere de causis, in quibus sunt incompetentes, possunt tamen de illis pronuntiare, cum incident in causa, in qua sunt competentes. Gonzal. Tellez ad C. de Prudentia 3. X. de donat. inter V. & II. n. 7. quod ultimum ad judicem ecclesiasticum in causa dotis recte applicari potest, quia ejus intuitu non sunt incapaces, sed tantum incompetentes. Gonzal. Tellez ad d. C. 3. n. 7. in med. subjicit quidem ibi Gonzalez causam dotis hoc casu non tam incidentem, quam dependentem esse ad causam matrimonii. Si enim matrimonium nullum declaretur, tacite inde dependet, ergo dos est restituenda; attamen cum aliae exceptiones adhuc concurrere possint, quare dos non restituenda, etiam si matrimonium pro nullo declaratum sit, etiam super his exceptionibus incidenter cognoscere posse judicem ecclesiasticum existimo, ob generalitatem d. C. de prudentia X. de donat. inter. V. & u. modo non plane altioris sint indaginis, & prolixiori discussione opus habeant.

§. IV.

*Quid scum
questione
natalium
concurrat
questio suc-
cessionis?*

Verum hic alias se fistit textus, qui dubiam reddit priorem sententiam in C. Tuam 3. X. de ord. cognit. ubi cum natalium natalium quæstio ad Judicem ecclesiasticum devolvetur, & simul successionis causa ibi occurreret, Pontifex censuit, sibi potestatem de hereditate cognoscendi non

non competere, sed illam ad forum Regium pertinere. Super quo textu se macerant Cc. plerique in eo rationem diversitatis constituant, quod matrimonii & dotis maior sit connexio & dependentia, quam natalium & ipsius hereditatis: Non enim sequitur: Hic legitime natus est, Ergo & ipsi debetur hereditas. Aug. Barbosa *tr. de offic. Diff. an Episcop. p.3. alleg. 84. n.30.* Verum existimo hoc *Capitul. regulæ nostræ nondum obstat.* Causa enim hereditatis ibi non incidebat coram Jure ecclesiastico, sed delata jam *jam mota?* erat ad forum Regium: Cum ergo Rex Franciæ, ad quem rescribit ibi Pontifex, cognoscere vellet de jure successionis, antequam causa natalium coram Judice ecclesiastico discussa esset, respondit Pontifex: Confusione quadam Judicij ordinem non perturbandum esse, & hinc exspectare debere Regem, donec causa legitimorum natalium a Pontifice decisa; Et huc collimat sententia Hier. de Cævallos *de cognit. per viam violent. in Caus. eccl. p.2. q. 65. n.35.* quando dicit; quæstionem temporalem in specie illius textus non incidisse in spiritualem principaliiter motam, uti contingit *in d. C. de prudentia 3. X. de Donat. inter V. & U.* sed potius principaliter ibiactum fuit de quæstione hereditatis coram laico, & incidenter deducita est exceptio spiritualis, juxta illa quæ notata *ad d. textum in d. C. Tuam.* inde merito remittitur ad secularem quæstio hereditatis coram eo coepita. L. *Ubi acceptum 30. ff. de Iudic.* Quodsi itaque causa principalis sit ecclesiastica, Anvero in & incidenter hereditaria quæstio concurrat, non dubita judicio Ecclesiastico simul inciderat? Vivian. *Rational. Jur. Pontif. ad C. Lator. s. X. qui filii sunt legit.* Huc pertinet textus in C. Conquestus I.

44 CAP. III. DE CAUSA INCIDENTE IN FORO

X. qui fil. sint. legitim. ubi principaliter querela legitimatis; An sc. mulier ante despositionem nata, per subsequens matrimonium sit legitimata? ad Judicem ecclesiasticum deducta, & cum incidenter simul in judicio occurreret; quod ex hac ratio ipsi eapropter immineat, mandavi Pontifex Judici ecclesiastico non tantum, ut illam mulierem legitimam judicaret, sed etiam inhiberet, ne dictæ mulieri hac occasione super hereditate paterna molestia inferatur vel gravamen. Supponendum tamen hic erit, causam illam legitimorum natalium, quæ principaliter in Judicium ecclesiasticum deducta, potissimum extitisse fundamentum controversiæ hereditariae; nam si hæc ex aliis causis pleniorum discussionem mereatur, merito super legitimitate tantum pronuntiabit Judex ecclesiasticus, & causam hereditatis seu pleniorum discussio-
nem remittere tenebitur ad Judicem secularem: Et hoc refero textum in C. *Causam 7. X. qui fil. sint legitim.*

§. V.

An si de ju- ramento co- gnoscat jud. Eccles. simul de contra- ctu cognoscere posse? Ulterius huc pertinet casus, si de valore juramenti super contractu præstiti causa ad judicium ecclesiasticum devolvatur, ubi queritur: An hoc casu etiam de ipso con- tractu in foro ecclesiastico cognosci possit? ubi idem re- petendum puto, quod de hereditate jam antea dictum. An sc. de contractu jam actio mota coram judice laico, & quæstio de vinculo juramenti tantum ad judicem delata? Hic ad dictum C. 3. X. de ord. cog. super solo juramento cognoscit judex ecclesiasticus, & cognitionem de ipso contractu foro seculari relinquit; si vero partes, antequam judicem laicum adirent, causam juramenti ad judicem ecclesiasticum deferrent, & ibi quoque incidenter de ipso con-

contra^{tū} controverterent, non dubito, judicem ecclesiasticum de juramento principaliter, & per consequentiam quoque de contractus validitate incidenter cognoscere, quatenus scil. ex juramenti efficacia contractus dependet vel non ; Si enim juramentum validum, contractus non poterit esse invalidus ; nisi tamen aliae exceptiones altioris indaginis concurrant, quæ salvo juramento ex aliis causis contractū irritum reddere possint. Quamvis & harum exceptionum cognitio vix a judice ecclesia-
Exceptiones contra contractū juratum ad iud. eccles. pertinent.
 stico avocari possit. Nemo enim melius, quam Ecclesia de hoc cognoscit, an dolus, an metus, an enormis læsio in contractu concurrens, illum, si solenni juramento confirmatus sit, vitiare possit? Quæ cum ita sint, non præcise necessarium est, ut cum Nic. Rodrig. Fermosino *ad C. Novit. 13. X. de judic. q. 13. n. 8.* statuamus, tunc demum super contractu jurato in Consistorio cognosci posse, si causa & contractus, super quo juramentum appositum est, sui natura spectat ad judicem ecclesiasticum, ut in contractu usurario jurato ; Nam cum constet, judicem ecclesiasticum posse cognoscere contra usurarios, & usurarum restitutionem cum sit crimen mixti fori, ideo dicendum est, cognitionem contractus usurarum ad illum pertinere, si jam cœpisset cognoscere de juramento contractui adjecto. Sin autem causa contractus sit super re prophanā & temporali, tunc judicem ecclesiasticum tantum super juramento, non autem super ipso contractu aut ejus rescissione cognoscere posse. Nam & posteriori casu judicem ecclesiasticum cognoscere posse, ex antea dictis obscurum non est.

§. VI.

§. VI.

*Laic⁹ testis
de falso a
judice Ec-
cles. puniri
potest.*

*Sed an Cle-
ricus testis a
laico?*

Si laicus coram judice ecclesiastico in testimoniū proceretur, sed sperto juramento falso testimonium ferret, Judex ecclesiasticus non tantum super testimoniū nullitate pronuntiaret, sed etiam testimoniū laicum ob commissum perjurium punire posset. Ludov. de Peguera. *decis. civil. 79.* In contrarium quidem urgere solent, quod Iudex civilis testimoniū clericū, coram se de Consensu Episcopi examinatum, super falso puniri nequeat. Gutierrez. *L. i. pr. q. C. 24.* Farinac. *de testib. q. 61. n. 83.* Unde colligunt, nec judicem ecclesiasticum posse punire testimoniū laicum. Verum ad hoc recte respondet Hier. de Cævallos *tr. de cognit. per viam violent. in caus. eccl. p. 2. q. 67.* *n. 9.* diverlam rationem hic subesse, quia judex ecclesiasticus habet potestatem puniendi laicum de perjurio, cum hoc sit mixti fori, sed judici laico non competit potestas in clericū, utpote cujus persona exenta est a foro seculari; nec locus esse potest præventioni, sed Judex ecclesiasticus super clero privative pronuntiat. Hoc certum est, judicem ecclesiasticum posse punire laicos ratione resistentiae, sibi vel officialibus factae, illo casu, ubi exercitium jurisdictionis ipsi competit. Felic. de Oliva *de For. eccl. p. 2. q. 23. n. 3.*

*In dissolu-
tione sponsali-
or. etiam de
damnis pro-
nuntiari
potest.*

§. VII.

Porro huc pertinet casus incidentis cognitionis in foro ecclesiastico, si super dissolvendis sponsalibus quæstio a Consistorium deducta, & incidat controversia de damno & interesse, quod alter ex illa dissolutione sensurus. Hoc casu judex ecclesiasticus non tantum super sponsalibus dissolvendis, sed etiam super restituzione da-

mno-

m̄norum & interesse recte pronunciabit. *arg. C. de prudētia 3. X. de ord. cognit.* Et quamvis graviter dissentiat Hier. de Cævall, *tr. de cog. per viam violent.* in caus. eccl. p. 2. q. 30. n. 11. & seqq. tanta tamen connexitas hujus materiæ est, ut si appareat ex cognitione Consistorii, sponsum in culpa esse dissolvendorum sponsaliorum, mox inde restitutio damnorum & interesse per tacitam consequiam sequatur, ut hinc frustra hoc nomine adiudicium seculare remittantur partes.

§. VIII.

Pluribus exemplis hæc quidem declarari possent, *Prorogatio* sed de aliis simile ferendum est judicium, & quam ma- *in judicio*
xime ad connexionem & dependentiam causarum re- *ecclesiastico*
spiciendum. Multum quoque tribuendum est volun- *admittitur.*
tati partium, quod in Consistorio super puncto incidenti,
cum causa principali non adeo connexo, tamen sponte
discepent, & a iudice ecclesiastico ejus decisionem petant.
Quamvis enim hi ab hac cognitione se liberare, & causam
illam ad forum seculare remittere possint, sustinebitur
tamen ejus sententia, desiderantibus partibus lata, vi pro-
rogationis hoc casu factæ. Quod vice versa, si causa spi- *Secus in-*
ritualis coram iudice laico incideret, & partes etiam super *causa spiri-*
hac sententiam petant, non procederet, cum causæ spi- *tuali coram*
rituales non sint prorogabiles; inde omnino recte hic *laico.*
sensit Gonzal. Tellez. *ad C. 3. X. de donat.* inter V. & VI. n. 2.
quando dicit, judicem tripliciter considerari posse, ita,
ut alius dicatur competens simpliciter, alius incompetens
prorogabilis. Primus dicitur omnis ille, qui attento in-
re communi absque ulla prorogatione, consensu litigan-
tium adiri potest & debet, ita, ut illius forum simpliciter

G

com-

competens sit, qualis est Judex unius loci respectu sui territorii. Secundus vero Judex est, qui, licet attento jure communii incompetens sit, prorogatione partium tamen competens reddi potest, quod contingit in Judice ecclesiastico, qui licet incompetens sit respectu laicorum in causa temporali; tamen eorum consensu & prorogatione competens reddi potest, jure communi attento L. Episcopate 8. C. de Episcop. audient. Tertius tandem Judex est, qui nec de consensu partium competens reddi potest, aut ejus jurisdictione prorogari; quare incapax & prohibitus appellari solet, ut est Judex secularis respectu clericorum, qui nec de eorum consensu competens reddi potest.

CAPVT IV.
De
CAUSA INCIDENTE
FEUDALI.

§. I.

Cause feudales non sunt provocabiles,

J Am quoque de Causa feudali incidente speciatim, sed breviter agendum erit. Incidit autem quaestio feudalis vel coram Judice allodiali, vel coram alio judice feudali, intuitu tamen hujus quaestitionis non competente. Ubi primo observandum est, causas feudales, qua tales, pariter sicuti ecclesiasticas non admittere prorogationem, & sic duos vasallos volentes etiam, non posse coram Judice ordinario seu allodiali causam feudalem tractare, adeo, ut si id fecerint, sententia sit ipso jure nulla. Sebast.

Van-

Vantius. *de Nullitat. Process. tit. de nullitat. ex. def. jurisdictione.* n. 59. Henr. a Rosenthal. *de feud. Cap. 12. concl. 1. n. 44.* quod procedit, etiam si Judex ordinarius esset Rex, Marchio, Dux vel Comes; e contrario dominus feudi regalem & principalem dignitatem non haberet. Ipso iure enim Iudici ordinario seu allodiali cognitio est ademta. Ludolph. Schrader *de feud. p. 2. sect. 1. n. 137. § 139.* Teneret enim hæc prorogatio in manifestum domini feudalis præjudicium, si alii causæ feudalis discussio committeretur Schard. *de feud. p. 1. n. 168.* Atqui vero juri alterius nemo privato arbitrio derogare potest.

§. II.

Interim taeniem & hic casus recurrere possunt, ubi, quod principaliter Judici allodiali interdictum, incidenter liceat. Sic si dominus vasallum ex causa non feudali coram Judice ordinario conveniat, & reus convenitus, se vasallum esse, neget, super hoc recte cognoscit Judex ordinarius, quamvis etiam plerique Feudist. hanc quæstionem sui natura, & sic etiam principaliter ad Judicem ordinarium pertinere existimet. Rosenthal *de feud. C. 12. concl. 4. n. 9.* Sed hoc mirum, quare Rosenthal cit. *concl. 4. n. 12.* neget, quæstionem hanc: an quis sit vasallus? in Judicio parium curia incidentem, ab his cognosci non posse, sed ejus cognitionem ad Judicem ordinarium esse remittendum. Quamvis enim hoc admittam, si reus conventus plane Judicium Parium declinet, & ad Judicem ordinarium provocet, attamen si se fiscat, & cognitionem hanc judicio parium submittat, an sit vasallus vel non? sententia parium sine dubio subsistet, quia hæc causa admittit prorogationem.

G 2

§. III.

Quæstio, an quis sit Vasallus, quamvis etiam sum persicata?

§. III.

De possessorio feudali.

Et cum Capit. præcedente dictum sit, si quæstio de possessorio causæ ecclesiasticæ incidat coram Judice laico, illam ibi cognosci posse, hoc applicandum etiam est ad possessorium feudi, quod, si de hoc solo quæstio incidat, etiam judex ordinarius hanc cognoscere possit. Rosenthal. *de feud. Cap. 12. concl. 2. n. 4.* Et hinc etiam si quis feudo spoliatus sit, recte coram Judice ordinario agi potest, de quo prolixe Rosenthal *d. C. 12. concl. 12. n. 70. & seqq.*

§. IV.

De feudo promisso.

Quod si quæstio quædam de feudo nondum constituto, sed promisso incidat, certum est, illam tam incidenter, quam principaliter coram Judice ordinario ventilari posse. Actio enim personalis seu promissio nondum constituit feudum, sed subsequens investitura; Ubi vero feudum non est, ibi nec dominus, nec vasallus, & per consequens nec Judicium feudale. Rosenthal. *C. 12. concl. 4. n. 1. & seqq.* Idem obtinet, si dominus feudi parres curiae, ex quibus Judicium feudale formare possit, non habeat, ubi pariter ad Judicem ordinarium recurratur Struv. *S. J. F. Cap. 16. tb. 7. n. 2.* Gothofred. Antonius *disp. feud. 14. tb. 5. L. A.* Huc quoque referri potest causus, si hereditatis petitionem vasallus contra vasallum instituat, tunc, etiamsi quæstio incidat, an non hæc vel illares sit feudalis? Causa hæc coram Judice ordinario tractanda. Quamvis enim principaliter feudum coram hoc Judice peti nequeat, quia tamen hoc Judicium universale est, trahitur huc etiam in consequentiam quæstio feudalis, quamvis ulterior ejus discussio interdum

Si in hereditatis petitione quæstio superfeundo incidat.

re-

remitti soleat ad Judicem feudalem. Conf. Rosenthal.
d. c. 12. concl. 2. n. 6. Et his casibus Camera etiam Imperialis, quamvis super feudis Imperii majoribus cognoscere nequeat, incidenter recte competentiam suam profundata reputat. Quo casu enim ordinario Judici in causa feudalii locus esse potest, eo casu etiam Cameræ cognitio non deneganda, de quo vid. Rosenthal. *d. l. concl. 1. n. 8. 4. & seqq.* Schrad. *p. 1. sect. 2. n. 67. & seqq.* Hinc & super possessorio causarum feudalium Cameram cognoscere posse communiter statuunt, quod tamen ad possessorium summarium, non ordinarium, utpote quod magni præjudicij est, restringit Jacob Blumius *Process. Cameral. tit. 41. n. 5.* Conf. Illust. Dn. de Rhetz *Inst. Iur. Publ. lib. 4. Tit. 4. §. 12.*

§. V.

Sed quid si super juramento fidelitatis quæstio incidat in Judicio feudalii. An scil. hoc legitime præstitum fit, vel non? Numne de eo cognoscet Judex feudalii, vel numne quæstio hæc remittenda ad Judicem ecclesiasticum? Plerique dicunt, si quæstio illa feudalii, principaliter in Judicium deducta, dependeret a vijuramenti, quod tunc non Judex feudalii, sed ecclesiasticus cognoscere debeat, Rosenthal. *d. C. 12. concl. 2. n. 53.* Schrader *de feud. p. 10. sect. 2. n. 39.* ubi tamen distingvit: an quæstio incidat de executione juramenti fidelitatis, an de ejus validitate? Priori casu sine dubio cognoscit Judex Feudalis, sed posteriori casu Judex ecclesiasticus. Quamvis etiam hic illud repeti possit, quod supra *Cap. 4. circa causas spirituales adductum*, scil. quæstionem facti: An juratum sit? ad hoc iudicium pertinere; non vero quæ-

52 CAP. IV. DE CAUSA INCIDENTE
stionem: an bene, an male juratum sit? hæc enim cogni-
tionis ecclesiasticae est, & eo remittenda.

§. VI.

An Domi-
nus feudi de-
Causa non
feudali co-
gnoscatur?

Ad dominum, si inter duos Vasallos de ipso feudo controversia moveatur, cognitionem pertinere, constat ex 2. feud. 55. §. fin. Struv. s. f. C. 16. t. b. 5. Dn. Præses in Exam. feud. C. 25. q. 3. Verum an non hic etiam de causa non feudali incidenter cognoscere poterit? Non quæro de illo domino feudi, qui simul dominus territorii est; Nam huic vasallus non tantum ratione rei seu feudi, sed etiam ratione personæ subjectus est; sed de illo feudi domino, cum quo nullus alius, quam vasalliticus nexus intercedit, & hunc regulariter de allodiali quæstione cognoscere non posse cerrum est, nisi partes expresse per prorogationem ejus Jurisdictionem ad hanc quoque causam extendant. Sunt enim causæ allodiales indistincte prorogabiles. Seposita autem illa prorogatione, facultatem tamen incidenter cognoscendi habebit, quatenus quæstio incidentis connexionem quandam cum causa feudali principaliter mota habeat. Et hinc concludunt Feudisti. quod dominus feudi in causis five litibus inter vasallos, ratione feudi motis, non tantum cognoscatur de causa five lite principali, verum etiam de omnibus accessoriis: ut puta de fructibus, interesse, damnis & expensis, nec non de omnibus incidentibus & emergentibus quæstionibus, licet illæ feudales non sint. Schrader de feud. p. 10. sect. 1. n. 98.

§. VII.

Exempla-
adducuntur

Quapropter quamvis quæstio de controversia feu-
dali adjudicem ordinarium pertineat, si tamen illa quæ-
stio

ftio incidat in causam feudalem, ibi simul cognosci poterit. Schrader d. l. n. 99. Ob eandem rationem dominus feudi testem, in causa feudali deponentem, etiamsi ille vasallus non sit, si falsum testimonium dicat, extraordinarie punire potest, licet alias respectu personæ ipsius in competens. Schrader. d. l. n. 108. Alia ratio esset, si Vasallus a vasallo principaliter vellet petere refusionem damni & interesse occasione feudi præstandi. Hoc casu enim ad Judicem ordinarium eundum esse concludit Curtius tr. de Feud. p. 7. n. 23. circa fin. nisi tamen petitio interesse etiam principaliter instituta, surrogetur in locum illius rei, cuius cognitione dominum feudi pertinet. Hoc casu enim nihilominus ad feudi dominum eundum, cum surrogatum assumat naturam illius, in cuius locum surrogatur Schard. d. l. n. 109. in fin. Quod si etiam vasalli circa feudum de poena quadam conventionali in casum morae convenissent, super hac poena conventionali etiam incidenter cognoscere Judex feudalis, licet alias pecuniarum cognitione ipsum non pertineat Schard. d. tr. p. 20. sect. l. n. 107.

§. VIII.

Si Controversia feudalis ipsum dominum concernat, sive directo, sive indirecto, ad partes curiae Jurisdictionem pertinere constat, Struv. s. J. F. Cap. 16. lib. 6. De paribus curie inciduntibus. Rosenthal. de feud. C. 12. Concl. 4. n. 2. incidentem tamen cog-

54 CAP. IV. DE CAUSA INCIDENTE

cognitionem paribus Curiæ non denegandam esse, jam supra ostensum est.

§. IX.

*Quid juris
in causis
Principum
& privato-
rum com-
munibus in-
cidenter ob-
venientibus?*

Coronidis loco hic subnectimus, quod, licet Principes in Imperio alias legitimum forum Austregas agnoscant. Nihilominus tamen & Ipsi ex continentia causarum etiam forum nanciscuntur tum inter se, tum si cum privatis conveniuntur, & cum iis contractus celebrarunt. Multa enim per consequentiam conceduntur, quæ alias principaliter non concederentur. Dec. consl. 698. n. 9. & per causarum connexitatem efficitur, ut unitas censeatur, Gail. de pac. publ. L. 1. c. 6. n. 5. Hinc ubi personarum separationem & divulsionem judicium non patitur, ibi coeteris paribus continentia causæ fundata est, Gail. L. 1. obs. 32. n. 1. Colleg. Argentorat. L. II. tit. 2. §. 2. Contingit autem ejusmodi connexitas partim intuitu personarum, partim intuitu rerum; Priori casu fit, si plures causæ confortes conveniendi, quorum quis peculiares Austregas habet, de certo vero judice, conveniri nequeant, & ex narratis continentia causæ individua appareat, e. g. Unus habet Austregas ordinatio- nis, sed diversimodas, ut Princeps & Comes, coram Camera hi conveniri possunt. Ordinat. Cameral. tit. 9. consult. 1595. deput. 1600. §. 23 Blum. process. Cameral. tit. 40. n. 9. Posteriori casu fit, si Principi lis super evictione certi cuiusdam prædii mota, tñnc Princeps venditor emtoris judicem sequi, & emtorem in foro ipsius emtoris defendere tenetur, L. venditor. 49. ff. de judic. Unde Dd. colligunt, quod, quoties quis in judicium accessorie vocatur, toties forum principaliter conventi sortitur B. Brunnenm.

(55)

Brunnem. in *Comment. ad b. l. ibique allegat.* Atque hoc
in tantum verum, ut etiam clerus in causa evictionis
comparens, ad defensionem rei privilegium fori alle-
gare nequeat. Couvaruv. pr. quæst. C. 8. n. 2. Boer. decif.
69. n. 27. Plures casus illustrium & principalium con-
troversiarum ex causæ continentia provenientium enu-
cleati inveniuntur in illuстр. Domini Stryckii *disput. de*
foro Princ. & privat. communi, tot. cap. 3. de for. princip. &
privat. commun. ex continent. causar.

CAPVT V. DE CAUSA INCIDENTE CO- RAM ARBITRO ET JUDICE DELEGATO.

§. I.

E Gimis huc usque de Judicibus ordinariis, qua- Quod Indi-
tenus quoad causas incidentes Jurisdictio eo- ci in causa
rum fundata sit. Itaque ad arbitros & Judices incidente
delegatos transeundum, & quatenus coram permisum,
his incidentium ratio habenda, breviter videndum. idem quo-
Et quidem quod arbitrura attinet, cum arbitria ad simi- que arbitro.
litudinem judiciorum redacta sint L. 1. ff. de Recept. qui arb.
recept. etiam quod Iudici permisum circa expeditionem
causæ principalis & incidentis, arbitro non denegandum,
modo citra restrictionem partes circa causam principa-
lem compromiserint, cum notum sit, terminos com-
promissi arbitrum excedere non debere L. 32. §. de officio
is. & §. arbiter 21. ff. de Recept. qui arb. rec.

H

§. II.

56 CAP. V. DE CAUSA INCID. CORAM ARBITR.

§. II.

Arbitrium. Sicut ergo Iudici laico a causæ spiritualis cognitio ad res spiri- ne abstinendum, ita quoque ab arbitro laico causa spirituales se non tualis, si in jure consistit, nec principaliter, nec incidenter extendit.

Sicut ergo Iudici laico a causæ spiritualis cognitio ad res spiri- ne abstinendum, ita quoque ab arbitro laico causa spirituales se non tualis, si in jure consistit, nec principaliter, nec incidenter extendit cognoscit C. I. X. de Consanguinit. C. Causa 9. X. de Resist. in integr. C. Contingit 8. X. de Arbitr. ubi probatur, quod laicus, arbiter esse non possit de rebus spiritualibus, juncta generali æquiparatione Iudicis & arbitri L. i. ff. de recept. unde deducitur, quod, quemadmodum laicus nec principaliter, nec incidenter de re spirituali potest cognoscere, ita nec arbiter. Aug. Barbos. de Offic. Et potest. Episcop. p. 3. alleg. 8. 4. n. 33. Quapropter si partes super debito aliquo compromittant, & foemina debitrix excipiat: pecuniam hanc sibi creditam esse intuitu futuri matrimonii a creditore promissi, non potest arbiter de matrimonio cognoscere incidenter, sed causam hanc ad Consistorium remittere tenetur. Aliud est in clero arbitro, qui incidenter cognoscit de quæstione spirituali in jure consistente, quia ex incompetenti incidentia juncta cum capacitate, facit competentem; Jam autem clericus non est incapacax Jurisdictionis spiritualis Mar. Anton. Blancus tr. de Compromiss. q. 4. n. 7. Supponendum tamen hic, causam spiritualis Mar. Anton. Blancus tr. de Compromiss. q. 4. n. 7. Supponendum tamen hic, causam spiritualem ita comparatam esse, ut possit delegari, vel per compromissum alicui committi.

§. III.

Arbitri in- Porro sicuti Judex, qui principaliter de aliqua cau*cidenter de* fa non potest cognoscere, incidenter tamen de ea cog*causa statua* noscit, L. i. C. de ord. judic. L. Quoties 3. C. de Judic. L. Nulli cognoscit.

10. C.

10. C. eod. Brunnem. in Process. Civ. cap. 12. n. 5. ita arbit-
ter, qui non potest fines compromissi excede-
re, licet non possit principaliter cognoscere de eo,
quod non fuit compromissum, incidenter tamen pot-
erit cognoscere. e.g. Titius & Cajus compromittunt in
Sejuni arbitrium de bonorum divisione, ut eam laudo
suo terminet; In hac bonorum disceptatione concurrit
quæstio status, quæritur: An non quæstio status
bonorum disceptationi concurrens, coram arbitro
incidenter possit cognosci? & resp. affirm. L. Cum propo-
nas 6. C. de reb. credit. Aug. Berojus consil. 30. v. 3. n. 6. Cui
enim conceditur Jurisdictio, ei censemur concessa omnia
eo pertinentia. L. 2. ff. de Jurisdic. Et fallit hic regula.
Judex habens limitatam Jurisdictionem, non potest co-
gnoscere de causa diversæ speciei, scil. principaliter, sed
accessorie & incidenter bene potest. Marant. de Ord. Ju-
dic. p. 4. dist. 6. n. 31. Siquidem incidentia facit de incom-
petenti competenter, sive sit ordinarius sive arbiter,
& data Jurisdictione in causa principali, oritur Jurisdi-
ctio in incidenti, non virtute partis compromittentis,
sed potius virtute legis, quæ respectu incidentiæ non curat
incompetentiam. Felin in C. cum sit 8. X. de for. compet. n. 22.

§. IV.

Coram arbitro principaliter non potest petiri resti- *Arbiter in*
tutio in integrum propter defectum Jurisdictionis pro- *integrum*
priæ, quia in integrum restituit magistratus ordinari- *incidenter*
us, qui mixtum habet Imperium L. 26. pr. & §. 1. ff. ad restituit.
municipal. bene tamen incidenter, Ungepauer in Decre-
tit. de integr. restitut. quia arbitrium datum super causa
principali, est etiam tributum super his incidentibus,

58 CAP. V. DE CAUSA INCID. CORAM ARBITRO
cum ejusdem sint naturæ, Menoch. de A. J. Q. 1. q. 45. n. 9.
& ratione acquistatæ Iurisdictionis in causa principali, pot-
est arbiter cognoscere de incidentibus illius causæ, de-
quibus alias cognoscere non potest, & sic habilitatur &
extenditur Iurisdictio illius, ita, ut, ex cuius defectu non
poterat cognoscere principaliter, de illo incidenter pos-
sit. Sfort. Oddi tr. de Restit. in integr. p. 1. art. 8. q. 32. Do-
minic. Galesius tr. de Restit. in integr. ad C. Causam 9. X. de
Restit. in integr. n. 6. & 22. sic quando compromittunt
partes super causa alicujus pacti, vel conventionis ini-
tæ cum minore, sed ex ventilatione causæ apparet ar-
bitro, quod minor sit læsus, quaeritur: An arbiter minorem
possit incidenter restituere? & resp. affirm. per C. Causa 9.
vers. incidenter X. de Restit. in integr. quia, sicuti arbiter ad
instar Iudicis causam cognoscit, ordinat, terminum as-
signat, & revocat, interloquitur, pronuntiat, ita etiam
arbiter ad instar Judicis ex causa & æquitate sufficiente
partem læsam, cui de jure adversus læsionem datur re-
stitutio, potest restituere. Ægid. Bellemera ad C. Causa
9. X. de Rest. in integr. Aliud exemplum; minor proba-
tionem necessariam in termino, ab arbitro sibi dato, o-
misit, vel non probavit ante conclusionem in causa, tunc
poterit restitutionem aduersus læsionem ab arbitro
incidenter petere, & hæc restitutio, quæ fit incidenter
per arbitrum, sapit potius factum, quam Jurisministe-
rium Blancus tr. de Compromiss. q. 4. n. 18.

§. V.

*Quid in ar-
bitrato?* Arbitrus cum secundum ordinem judiciarium pro-
cedere debeat, arbitrator autem sine ordine Judicij & ju-
ris solennitatibus non servatis pronuntiet, hinc jus, quod
ob-

obtinet in arbitro, non potest obtinere in arbitratore, & per consequens arbitrator nequit incidenter in integr. restituere, controversiam tamen, super restitutione in integr. ortam, amice valet componere, & super ea laudum suum, per viam amicabilis compositionis pronunciare, quæ determinatio est quedam in integr. restitutio ex facto amice concessa. Sfort. Oddi tr. de Restit. in integr. p. 1. art. 10. q. 32. n. 92..

§. VI.

Si super causa principali tanquam prohibitiva com- *Quæ causa*
promissum fieri non potest, nec super incidenti. Bartol. *principaliter*
in L. 3. ff. de aliment. &c cib. leg. sicut in causa alimentorum *ter arbitri-*
non potest fieri transactio, ita nec super quolibet inci- *trium non*
denti illius causæ, quia quicquid tangit quocunque mo- *admittitur, il-*
do causam alimentorum incidenter, dicitur causa ali- *la nec inci-*
mentorum *L. 8. pr. ff. de transact.* Castrenf. & Bald. *in L.*
i. ff. de Reb. credit. Nam quæstio incidens assumit fib-
naturam causæ principalis, Gloss. *in Clem. suspendosam. 2. de*
Judic. & debet regulari a principali, non e converso.
Castrenf. *Consil. p. 1. consil. 91. n. 8.* prohibita ergo transactione
super causa principali, censetur etiā prohibita super quolibet
incidenti. Idem in compromisso obtinet, cum de trans-
actione ad compromissum argumentū deducant Dd. *L. 11.*
L. 14. & 32. C. de transact. Blancus *tr. de Compromiss. p. 418.*

§. VII.

Porro si arbitrio commissa causa sit cum inciden- *Arbitr. eti-*
tibus suis, hoc complectitur etiam causam attentatorum, *am de at-*
quia ratione hujus incidentiæ potest arbiter cognoscere *tentatis co-*
ea, quæ sunt mixti Imperii Gloss. *in C. Causa g. X. de Rest. gnoscit.*
in integr. Ergo multo magis poterit & debebit cognoscere

60 CAP. V. DE CAUSA INCIDENT. CORAM ARBITR.

scere de attentatis, si incident, quæ sunt mixti Imperii,
Robert. Lancell. tr. de attentat. & innovat. p. 2. C. 15. n. 86.

§. VIII.

De Judice delegato. Jam transeundum est ad Judicem delegatum, qui ex eo, quod causa sibi commissa est, super omnibus, quæ ad causam illam spectare noscuntur, plenariam potestatem recipit, etiam si literæ commissionis id non continent. C. præterea 5. X. de Offic. & potest. Jud. deleg. Quapropter, quando delegatur alicui aliqua causa principalis, censabitur sibi delegata omnis causa, quæ venit accessorie & consecutive ad illam causam. Maranta de Ord. Judic. p. 4. dif. 6. n. 31. maxime, ne partes habeant ire per diversos Judices. Rosacorb. Pract. forens. c. 35. n. 56. quia incidens est quoddam accessorium ad principale. Card. Tuschus. Concl. 7. L. J.

§. IX.

Potest hic in integrum restituere. Ex quibus sequitur, quod Judex delegatus non solum cognoscere possit de causa specialiter sibi commissa, sed etiam de causa restitutionis, quæ incidenter occurrit in ea, cum mandatum jurisdictionale amplietur ratione incidentiæ, quando ille, cui causa est commissa, est capax causæ incidentis C. Prudentiam 21. §. Si vero X. de Offic. & potest. Jud. deleg. Exempl. delegatus super aliquo contractu venditionis in judicio protulit aliquam interlocutoriam, per quam minor est læsus, queritur: An minor a delegato Judice possit incidenter petere restitutionem in integr. & resp. affirmand. quia restitutio in integr. non petitur principaliter, sed incidenter; nam incidit in causa sibi commissa. C. Causa 9. X. de Refit. in integr. L. fin. C. ubi & apud quem cognit. in integr. refit. Sfort Oddi tr. de Refit.

ET JUDICE DELEGATO.

61

Rest. in integr. p. 1. q. 21. art. 6. Viliian. Rat. Jur. Pontif. ad C.
Causam 9. X. de Restit. in integr.

§. X.

Porro si causa possessionis nuncupatim, & in specie *De proprietate incipi-*
alicui fit commissa; Veluti committo tibi causam pos*tate inci-*
sessionis; tunc de proprietate cognoscere Iudex delega*denter co-*
tus nequit, nisi incidenter, vel per viam reconventionis, *gnoscit,*
si status causæ reconventionem patiatur. Nam recon*ventione*
ventio non solum coram Judice ordinario, sed etiam co*ram delegato fieri potest. C. Ex literis 1. X. de mutuis petit.*
Gail. L. 1. obf. 35. n. 11. § 12. quia conventio & reconventio
sunt connexa; Connexa autem separari, aut dividi ne*queunt.*

§. XI.

Quamvis itaque commissions & delegationes sint *Commissio*
stricti juris, & hinc officium Iudicis delegati extendi non *extenditur*
debeat *C. 40. X. de off. deleg.* extenditur tamen ratione *ad incidentia.*
C. penult. X. de Rest. in integr. arg. C. de Pruden-
tia 3. X. de donat. inter V. & 4. quod procedit, ne conti-
nentia causæ dividatur. Fermolin. *ad C. Tuam 3. X. de ord.*
cognit. q. 1. n. 14. § 15. ob quam causam Judex delegatus
potest incidenter cognoscere, etiam ultra suam commis*sionem.* Hier. de Cævall. *tr. de cognit. per viam violent. in*
caus. eccl. p. 2. q. 65. n. 34. Nam ratione puncti incidentis
Jurisdictio non solum Judicis ordinarii, sed etiam dele*gati ampliatur.* Cævall. *d. 1.* Sic, si actori incumbit præ*statio juramenti in item super aestimatione, qualitate &*
quantitate rerum, tunc cum causa principaliorum ar-
ticuli incidentes & connexi hoc juramento decidi debent.
Ploto de in lit. jurand. §. 4. n. 38. § 39.

§. XII.

62 CAP. V. DE CAUSA INCID. CORAM ARBITRO

§. XII.

*Delegatus
ante testem
falsum pu-
nire possit?*

Huc quoque trahi potest, quod supra de teste falso, in alio Judicio deponente, dictum, quod coram Judice, illo, coram quo causa principalis pendet, puniri possit. Nam hæc puniendi potestas nec Judici delegato deneganda. Quamvis Hier. de Cævall. *tr. de cognit. per viam violent.* in *caus. eccles.* p. 2. q. 74. n. 15. existimet, delegatum non posse talem testimoniū punire, sed debere ipsum remittere ad superiorem, attamen hoc forte in delegato Judicis inferioris procedit. Delegatus enim Principis, qui quovis Judice ordinario major esse dicitur C. 27. §. Si vero X. de offic. leg. & ibi Barbosa, non minore potestate gaudere debet, quam aliud Judex, cui incidenter puniendi facultas non deneganda, modo poenam aliquam extraordinariam infligat; Farinac. *tr. Var. quest. Criminal.* L. 3. tit. 7. q. 67. §. 2. n. 51. & *tr. de testib.* L. 1. tit. 3. q. 18. n. 49. Rol. a Valle *consil.* 47. n. 11. 12. & 74. v. 2. Rutger. Ruland *tr. de Commiss.* p. 2. L. 2. cap. 21. n. 11. fluctuat vero hic Menoch de A. J. Q. L. 1. q. 61. n. 17.

§. XIII.

*De quo inci-
denter non
cognoscit
ordinarius,
de eo nec
delegatus.*

Pluribus exemplis, hoc demonstrare necessum, non puto, cum, qui alias adduci possint casus, ex illis, quæ in præcedentibus Capitul. dicta, hic quoque decidi possint. Quo casu enim Judex laicus ordinarius non potest cognoscere de causa incidente, eo casu nec delegatus laicus poterit. Exempl. G. Episcopus committit causam laico super hereditate, objicitur articulus incidens de matrimonio, super hoc articulo laicus nequit cognoscere, quia Jurisdic^{tio} spiritualis non transit. Francisc. Marci *Decis.* q. 496. n. 23. nec spirituale

le accedit temporali, quia magis dignum non accedit minus digno *arg. L. 44. ff. de adlit.* sicut ergo laicus Judex non potest cognoscere super articulo spirituali incidente, ita nec laicus Judex delegatus. Pariter judex ordinarius non cognoscit de causa feudali incidente, ut idemonstratum est *cap. præced.* Ita nec de hac cognoscere potest delegatus a judice ordinario. Aliud enim, si delegatus fuit a Judice feudali, nam sic ad causam feudalem principaliter legitimatus est; ergo multo magis etiam incidenter.

CAPVT VI.

De

EFFECTU INCIDENTIUM.

§. I.

QVæ huc usque de Causa incidente diximus, *Connexio.* præcipue eo spectant, qua ratione Judex alias incompetens, etiam super causa ad suum forum non pertinente, incidenter cognoscere valeat, ex quo effectus causæ incidentis sua sponte resultat; *Quod si qualitas negotii id amittat, interdum super causa incidente simul ferri potest sententia;* Interdum vero, si causa incidentis plane privilegiata, hæc *Causæ inci-* ad Judicium competens sit remittenda. Sic itaque, cum *deniæ re-* Judex laicus de re spirituali incidenter non possit co-*missio.* gnoscere, sequitur inde, quod articulum incidentem spirituali ad Judicem ecclesiasticum teneatur remittere,

I

ubi

ubi ipse iudex laicus excipienti de articulo spirituali, potest præfigere terminum, intra quem excipiens debeat se præsentare coram Judice ecclesiastico, & coram eo cognitionem petere. juxta C. *personas* 4. X. *de Appell.* Non vero potest iudex laicus in remissione articuli incidentis spiritualis ad Iudicem ecclesiasticum, præfigere terminum, intra quem causa expediatur per Iudicem ecclesiasticum, quia hoc casu laicus se intromitteret processui, cuius directio ad Iudicem ecclesiasticum pertinet, quod secundum stylum Consistorii cognitionem super puncto incidente, ad seremissio, instituit. Vincent. de Franchis *decis.* 551. n. 3. & 4. Fermosin. *ad C. Tuam* 3. X. *de ord. cognit.* q. 7. n. 2., quod pariter ad alias causas, e.g. feudales incidenter motas, sed ad Iudicium feudale remissas, applicari potest. Si vero per calumniam opponatur exceptio remissionis ad Iudicem ecclesiasticum, tunc laicus in causa principali, ea spreta, recte procedit. Castrensi. *Consil.* 17. n. 6. Matth. de Affict. *decis.* 220. n. 9. & ut obviet calumniis, petenti remissionem statuere potest terminum ad producendum coram se capitula, quæ intendit coram ecclesiastico, ut videat, an relevant? Capyc. *decis.* 7. n. 3. licet enim alias, si exceptio incompetentis Judicis aliqui opponatur, ipse iudex cognoscere potest, an sua sit Jurisdictio? Oliva. *de For. eccl.* p. 1. q. 26. n. 7. ita pariter, si ob causam incidentem incompetencia allegetur, & remissio ad forum competens desideretur, ipsi Judici laico etiam super hoc puncto, an remissio facienda sit vel non? relinquenda erit.

§ II.

Causa inci- Sed cum de hac remissione jam supra convenientibus

tibus locis actum sit, ad illos effectus transeundum, qui incidentiae causarum, uti loquuntur, generaliter tribui solent. Sic quantum ad processum, convenient Dd. quod super incidentibus eodem modo procedendum, quo super causa principali, si coram eodem judice causa incidens cum principali tractetur. *Imola in Clement. Dispensio am 2. de Judic. n. 16.* quia articulus incidens regulatur secundum causam principalem. *Scacc. de Appellat. quest. 19. concl. 6. n. 19.* quod intelligendum de causa incidente, quae principali accedit, vel eandem a principali conditio nem sortitur, e. g. si heres agit ad executionem rei judicatae, licet debeat probare seheredem esse incidenter, tamen hic articulos regulari debet executive & summarie, prout negotium principale. *Castr. consil. 1. n. 8. L. 1.* Si dos incidenter tractatur ad causam matrimonii, in ea proceditur summarie, sicut in causa principali matrimonii, tanquam dependente ab eo. *Clement. dispensio am 2. de Judic.* & conseqventer de ea cognoscitur tempore feriarum. *Clement. Sepe 2. de V. S. Carol. Ruin consil. 164. n. 10. V. 5.* Petr. Barbosa *ad L. Dotium causam. n. 45. ff. solut. matr.* Secus se habet in articulo incidente plane separato a principali, qui habet ex sua naturali conditione regulam, nec ideo, quod in aliam causam incidit, dum ex ea decisionem non habet, mutatur. Verum hoc tantum procedit quando causa principalis est summaria, *Marant. de Ord. judic. p. 4. §. 9. n. 42.* Bartol. *in L. 3. n. 8. ff. de aliment. & cib. legat.* si enim illa ordinaria esset & non summaria, nihilominus tamen incidens tractatur summarie. Bartol. *in L. 37. n. 3. ff. de minorib. & in Xvagant. n. 19.* quia de incidenti semper summarie cognoscitur, alias si plene de incidenti cognoscere tur,

tur, fieret præjudicium judici ordinario & competenti illius incidentis. Rosacorb. *Pr. forens. cap. 35. n. 65.*

§. III.

*Per decisio-
nem cause
principalis
incidentis si-
mul decidi-
tur.*

Judex super causa principali pronuncians, tacite etiam pronuntiat super incidente *L. 1. C. de Ord. judic. L. 2. C. de Ord. cognit. Fachinæi contrrov. Jur. L. 1. C. 133.* Schrader *consil. 41. n. 72. pag. 569.* ne fiant superflua, *C. 2. X. de probat.* & ne in eadem re, quæ unica sententia terminari potest, duplex sententia feratur, & sic lites ex libris orientur. *L. 3. C. de fruct. & lit. expens. Menoch A. J. Q. L. 2. cas. 167. n. 7.* quia ejus decisio necessario continetur in sententia definitiva causæ principalis. Ergo non est necessarium, super incidente quæstione expresse pronunciare, quia, si pronunciaretur super incidente, totum negotium principale terminaretur, quod tamen per sententiam definitivam deduci debet, non autem per interlocutoriam. Et licet judex super incidente expresse pronuntiet, non tamen ab eo potest appellari de Jure Civili, quia gravamen, quod infertur ex tali interlocutoria, potest reparari in appellatione a definitiva. Fulv. Pacian. *tr. de probat. L. 1. Cap. 58. n. 63.* Exempl. G. Agitur ex testamento, excipitur de testatoris inhabilitate, quod fuerit mente captus, hic Judex, si pronunciat testamentum validum, per necessarium consequiam exceptio rejicitur; si pronunciat testamentum invalidum, exceptio incidentis tacite admittitur. Dauth. *de Testam. n. 139. p. 127.* Incidens enim exceptio non opponitur principaliter propter se, sed ut ipsum factum principale, de quo est quæstio, perimitur, & ideo satis est, super ipso principali pronuntiari, de quo est quæstio, & non super incidente proposito, cum sententia debeat esse

esse conformis libello & petitioni; si tamen super incidente causa pronuntietur , sententia tenet , dummodo pronuntietur ad effectum pronuntiandi super ipso principali. Vivian. *Rational. Jur. Pontif. in C. Intelleximus I. X. de ord. cognit. Aug. Berojus Consil. 34. v. 3. n. 4. § 8.* Aliud exemplum, *quod in C. Intelleximus I. X. de Ord. cognit. proponitur.* Mulier agit contra maritum ex causa matrimonii, objiciturei impedimentum consagvinitatis , eo probato, Judex absolvit virum a petitione mulieris, & per hanc absolutionem indirecťe impliciteque pronuntiat, impedimentum subesse, aut juridice probatum esse. Ex jam dictis nunc colligitur, inter duas quæstiones principales esse ordinem Judicij, sed inter principalem & incidentem non esse ordinem Judicij, sed per se unica sententia expediri , & quando quis victoriam reportat in causa principali, omnia incidentia esse sopita. Menoch *de A. J. Q. cas. 167. n. 5.* Brunnem. *in C. ad tit. de Ordin. judic. n. ii. § 12.*

§. IV.

Regula in §. præcedenti adducta non procedit. I. Si *Limitat. Re-* articulus incidens examinatur per alium Judicem , ut *gule.* cum articulus spiritualis incidit coram Judice seculari, & ad curiam Ecclesiasticam remittitur, ut Judex Ecclesiasticus pronuntiet super eo; tunc pronunciatione expressa opus, alias Judex secularis nesciret, quam sententiam deberet proferre. C. *Tuam 3. X. de Ord. cog. Layman. in Decretal ad C. Intelleximus I. de Ord. cog. Castren. ad L. I. C. de Ord. jud. n. 8.* II. si incidens movetur per modum agendi & petendi, necesse est, ut judex super incidente pronunciet expressè. Tuschus. *concl. 71. L. J. n. 32.* III. si quæstio criminalis incidat, ubi de alio crimine jam agitur, tunc de

utroque pronuntiandum L. 2. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. Bartol. ad L. i. C. de ord. jud. n. 5. præfertim si diversas personas concernat. Quod si vero idem crimen eandem personam contingat, tunc si criminaliter agatur, & de majori delicto jam dum constet, incidentis crimen levius negligi solet, cum pena major absorbeat minorem. L. 24. C. de pœnis, & ibi Autor.

§. V.

Sententia lata super principali, quomodo faciat jus in incidente? Porro ad effectum pertinet: an sententia lata super causa principali, faciat jus in incidente? ubi distingendum. Aut incidentis non potuit aliter deduci, nisi per modum exceptionis. Cyn. in L. Peremptorias 2. C. Sententiam rescindi non posse. & tunc sententia lata super principali censetur etiam decidere incidentem, si modo appareat, Judicem, qui pronunciavit super principali, potuisse de incidente etiam cognoscere & pronuntiare principaliter, h.e. plena causæ cognitione adhibita. Bartol. & Brunnem. ad L. i. C. de Ord. judic. n. 4. Covarruvias tom. 2. pr. quest. cap. 24. n. 8. & oritur inde exceptio rei judicatæ, quamvis Judex expresse non fecerit mentionem de exceptione illam reprobando. Judicatum enim dici debet non solum, quod in sententia expresse legitur, sed etiam quod juris dispositione & præsumtionibus juris dicitur esse judicatum; cum paria sint, aliquid esse expressum, vel necessario subintelligi, quasi sufficiat, virtualiter ex verbis resultare, Steph. Gratian. Discept. forens. cap. 444. n. 13. & segg. quod tantum intelligendum velim de quæstione incidente civili, non vero de incidente quæstione criminali e.g. agit quis ex instrumento ad consequendam pecuniariam mutuo datam, excipitur de instrumenti falsitate,

pro-

pronunciatur inde , reum nihil debere , queritur hinc : An falsarius petitor fiat infamis , per sententiam in principali causa super puncto incidente latam ? Videtur quod sic , quia Judex pronuntiando super principali , pronuntiat quoque super incidente . Sed dicendum : sententiam implicite latam non infamare L. Lucius Titius 21. ff. de His , qui not. infam. Sichard ad L. i. C. de Ord. n. 11. & seqq. Aut tale est incidens , quod deduci potest etiam per modum agendi , & fuit deductum solummodo per modum excipiendi , tunc si deducens succubuit , non obstat , quominus postea illud incidentis possit deducere per modum agendi contra eundem in alio judicio plenario , si prius judicium fuerit summarium L. Si judex. 10. ff. de bis , qui sui vel alien. jur. L. Si quis 5. §. 8. ff. de agnos. liber. ibique Gloff. Castrrens. ad L. i. C. de Ord. jud. n. 3. & 7. Gabriel Concl. L. 2. concl. 2. n. 6. Barbosa in Collect. ad L. i. C. de Ord. jud. n. 3. Barbosa tr. de Offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 74. n. 25.

§. VI.

Vice versa hic queritur : An sententia definitiva in punto incidente & obiter articulato exceptionem rei judicatae pariat , quo minus de eo nova actio intentari queat ? E.g. Si in articulo aliquid incidenter & narrative possumus , & sic in probatione ventilatum ; In libello autem & petitione actoris nihil de eo dictum fuerit , in hoc sententia non parit exceptionem rei judicatae , ita , ut si actor succubuerit , postea id novo judicio deducere adhuc valeat . Matth. de Afflict. decis. 95. n. 8. Paul. de Castro Consil. consil. 181. n. 2. Siquidem sententia ultra libelli petita non valet & licet rei alicujus in probatione & reprobatione mentio facta fuerit , attamen si principaliter debito

*Sententia
lata super
incidente an
faciat jus in
principali?*

bito modo in judicium deducta non est, omissa ea in litis contestatione, per quam in judicio contrahitur, L. unic. C. de litis contest. utique autoritas rei judicatae ad illam se extendere nequit, respiciens solummodo id, quod in processu, per litis contestationem contracto, actum & ventilatum fuit, L. 12. 13. 17. ff. de except. rei judicat. C. ult. X. de except. Nequaquam vero id, quod obiter faltem & incidenter probatum. Paul de Castro Vol. 2. Conf. 21. n. 7. Alphons. de Avezed. in Reg. Hisp. Constitut. L. 4. tit. 2. l. 4. n. 14. & 16. Carpz. ad illustr. decif. Sax. decif. 40. per tot.

§. VII.

Alias ratione ordinis hoc observandum in casu, quo judex, coram quo causa incidit, æque habilis est ad utriusque causæ cognitionem; si quæstio criminalis principaliter movetur, & quæstio civilis æque principaliter, tunc de quæstione criminali prius dijudicandum. L. 4. C. de Ord. jud. L. 37. ff. de Judic. L. 5. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ. L. 7. C. eod. L. 22. ff. ad L. Cornel. de falsis. quia per minorem causam majori cognitioni præjudicium fieri non oportet. L. Minorem 54. ff. de Judic. Criminalis autem semper major, & eo gravior, quo gravius crimen. Faber. in C. ad tit. de Ord. jud. def. 13. Nisi quæstio civilis sit præjudicialis. L. Quoniam 26. C. de Adult. §. Præjudiciales 3. j. de act. quo casu quæstionem criminalis interim suspendit. Sed si quæstio criminalis civili disceptationi principaliter motæ incidat, potest eodem tempore utraque disceptatio a Judice una sententia terminari. L. 3. C. de Ord. judic. etiam, quando deducitur quæstio criminalis in causa simili incidenter, poterit pronuntiari per modum causæ vel rationis, pronuntiando super principali; ut condemnno de-

*Questio
criminalis
incidens,
cum quæsti-
one civili
principaliter
decidi pos-
tis.*

debitorem, quia instrumentum debiti reperitur verum
& non falsum. Marci *decis. 467. n. 2. § 3. p. 231.*

§. VIII.

Antequam vero colophonem imponamus huic di- *Dominium*
sputationi, coronidis loco quædam ad incidentium *incidenter*
causarum effectum, quæ respectum ad incompetentiam *probari po-*
Judicis non habent, occasione præsentis materiae subjice-
re lubet. Sic si dominium probandum venit, tunc illius
probatio in judicium deducitur vel principaliter, per
modum actionis, sicuti fit in rei vindicatione, tunc ex
possessione dominium non probatur. Vultejus *v. 2. consil. 30. n. 41. § seqq.* Mascard *de Probat. v. 2. concl. 540. n. 7. § 8.*
vel incidenter per modum excipiendi, & tunc levior pro-
batio sufficit, quia, si principaliter, sola possessio non pro-
bat dominium, secus si secundario, quando possessio est
de præsenti. Castrensi. *consil. 334. n. 2. L. 2.* Ideo actionem
negatoriam vel confessoriam intendens, non necessario
vel expresse dominium rei seu fundi, in quo servitus præ-
tenditur vel negatur, probare tenetur, si est in posses-
sione fundi, modo ipsa possessio probetur, ex qua domi-
nium præsumitur, cum solum incidenter de eo quæra-
tur. Mynsing. *cent. 1. obs. 19.* Incidenter enim jus domi-
nii deduci potest ad colorandam possessionem. Wesenb.
v. 1. consil. 21. n. 9. quia, qui probat petitorum, etiam in
possessorio obtinet, quasi probata justiori possessione,
Sed si aliunde constat, possessorem non esse dominum.
licet dominium dederat incidenter, attamen illa pos-
sessio non sufficit. *arg. L. II. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Sic quoque
in actione L. Aquiliæ dominium venit incidenter. Maf-
card. *de Probat. v. 2. concl. 540. n. 14.* Idem obtinet in pro-
ba-

batione tituli, si ea non ad finem deducendi principale negotium, sed ad alium finem incidentem, & viam ad aliud judicium aperientem instituitur, quo casu summa & semiplena probatio sufficit, secus, quando ad probationem tituli principaliter agitur, tunc enim ex�ta probatio necessaria. Mascard. *de probat.* v. 4. concl. 283.

n. 14.

§. IX.

Terminus probatorius, etiamsi certus a statuto fuerit præfixus, non currit, si super puncto incidente disputatur. Ant. Thesaur. decif. 10. n. 6. Natura cons. 182. n. 25. §. 26. hoc tamen discrimine adhibito; Aut incidentis ita est comparatum, ut attendi minime debeat, & tunc probationem differre non decet; aut justa adest causa, cur iacidens attendi debeat, & tunc non labitur terminus, & si is, qui allegavit incidens, postea in sententia succumbat, cum admissio Judicis præsumptionem justæ litigandi causæ præbeat, tunc ille irrelevanta statim rejicere tenetur. Mevius p. 3. decif. 385. per tot. Quamvis nonnulli Dd. distingvant. An is, qui probare debet in incidente puncto, obtineat, an succumbat. Felin. in c. 18. X. *de probat.* Berlich. p. 1. decif. 58. n. 6. Martin. *Process. Jur. tit. 20. §. 5. n. 230. §. 25.* ut priori casu terminum probationis labi statuant, posteriori casu non. Sed Mevius d. l. n. 7. rationi patrat esse convenientius, utroque casu terminum probationis non labi, quia non facile prooperandum ad exclusionem a probatione, cuius magnus est favor L. 22. ff. *de test. ut Judex* terminum probationis magis adjuvare, quam coactare debeat. Interim terminus probatorius fatalis a statuto præfixus tam causa in principali, quam

quam incidente puncto præcise observandus venit, ita, ut
eo elapsō nemo ad probandum in incidente articulo admittatur,
& aliis probandi terminis a judice neque ex officio,
nec ad instantiam partis concedatur Carpzov. I. P.
P. p. 1. confit. 16. def. 1. Quod etiam obtinet in ordinatio-
ne Process. Jur. Magdeburg. de A. 1696. cap. 30. §. 1. in verb.
In der Hauptſache / oder in einem incidente puncto
bleibet es bey dem ersten §. der Magdeburgischen Pro-
cess- Ordnung.

§. X.

Appellatio
incidenter
interponi
potest.

Appellationis super causa incidente interpositæ & incidenter nullitatis causa, una cum toto negotio principali com- missa, prius super incidente ejusque appellatione, quam super principali negotio est procedendum. Nam causa principalis super meritis stat in suspenso, quoisque fuerit expedita causa appellationis interpositæ super incidente. C. Super eo 10. X. de appellat. Prius enim cognoscendum super incidente, quam ad definitionis articulum procedatur. L. 1. C. de Ord. jud. L. Intelleximus 1. C. de Ord. Cognit. ibique Vivian. in Rational. Jur. Pontif. quia ordo causæ ad causam est, ut prius de incidente, & de appellatione, ante sententiam definitivam ab aliquo incidente interposita, cognoscatur, quam de negotio principali; Interim tamen pendente causâ appellationis ante sententiam interpositæ, tempus non currit super causa principali, nec super aliis articulis causæ. C. Cum sit 5. C. ut debitus 59. X. de appellat. Clement. Si appella- tionem 6. de appellat. C. Ex parte 2. X. de Rescript. & illud tempus dispututationis, intra quod articulus incidentes

examinatur, detrahitur de cursu fatalium. Scaccia *de appellat. quest. 15. n. 83.* Ergo si Judex hunc ordinem altera parte contradicente omisserit, poterit juste appellari, & hac appellatione super incidente, illiusque cognitione neglecta, quicquid ea pendente in ejus præjudicium factum, debet per modum nullitatis vel attentati revocari, & irritum declarari. *C. significavit 48. C. significantibus 49. X. de appellat. C. fin. X. de seq. possit. C. non solum 7. de appellat. in 6. C. super questionum 37. in fin. X. de offic. deleg. Aug. Beroius consil. 51. vol. 3. n. 5. 13. §. 26.* Cum Judicem, causam appellationis cognoscetem, oporteat etiam cognoscere incidentem causam attentatorum, tanquam accessoriām. Nam Causa attentatorum dicitur incidens Lancell. *de attentat. p. 2. c. 12. limit. 16. n. 40.* Et incidentia attentata, si sunt notaria & in continentī probata, ante omnia revocanda veniunt, adeo ut Judex ex officio, parte etiam non petente, ea revocare possit. *Gail. Lib. 1. obs. 146. n. 7.* Recess. Imp. de Ao. 1654. §. 59. *in verb.* Und solcher pnnct zuförderst zur execution gebracht / keinesweges aber der Supplicant mit seinem Begehrēn erst zum Gerichtl. Proces verwiesen werden. Si vero in continentī probari nequeant, sed altiorem indaginem requirant, tunc non revocantur, antequam de eorum veritate constet, nec causa principalis interim suspenditur, sed in utroque punto simultaneo processu proceditur, *Cannier Gerichts-Ordnung p. 3. tit. 37. §. penult.*

§. XI.

*Eiam im-
causa spolii.* Licet in causa spolii appellatio denegetur, cum inci-
dens causa spolii causam principalem suspendat, & spoliatus prius cum omni causa, antequam in principali causa
re-

respondere teneatur, restituendus sit, uti in Camera Imperiali spirensi d. 5. Novembr. Ao. 1567. pronuntiatum: Das Appellanten principales dem Herren Appellaten auf die in erster instanz fürgebrachte Klage zu antworten nicht schuldig / ehe und bevor ihnen das angezogene Schloß mit seinem zugehörigen samt darvon aufgehobener Nutzung und erlittener Schaden durch appellanten restituiret / zugestellet und erstattet. At-tamen si de spolio incidenter actum, tunc appellatio recipienda, sicut in causa principali reciperetur, cuius naturam id incidens induit. Proinde si in ipsomet spolii judicio gravamen aliquod per interlocutoriam incidenter illatum fuerit, poterit ab ea appellari; Et licet principali-ter de spolio actum cum subsecuta Sententia restitutoria, una cum condemnatione ad restitutionem fructuum, da-mnorum & expensarum, potest appellari a condamna-tione fructuum, veluti irrecuperabilium in futuro ju-dicio petitorio. Pontan. de spolio Lib. 4. c. 3. n. 10.

§. XII.

Restitutio in integr. dupliciter peti potest. Aut *Restit. prin-*
principaliter, petendo restitutionem, implorato Judicis *cipaliter &*
officio adversus actum, per quem quis remanet laesus, *incidenter*
e. g. si quis petit se restitui adversus sententiam, quæ tran- *peti potest.*
favit in rem judicatam. At incidenter per viam exce-
ptionis, seu replicationis, si ea proponitur in eodem libel-
*lo principalis actionis, dum causa principalis adhuc agi-
tur. Dd. in L. Nam postea 9. §. simior 4 ff. de jurejur. Sfort.
Odd. tr. de restit. in integr. p. 1. art. II. quest. 34. it. restitutio
incidenter petita dicitur, ubi ante rem judicatam petitur,
*licet post sententiam, intra decem tamen adhuc dies, &**

Sic intra terminum appellandi. Covarrias *tom. 2. var. resolut. L. 1. c. 6. n. 1. p. 29.* Galesius *tr. de restit. in integr. c. 9. n. 198. p. 167.* Exemplum restitutionis incidenter petitæ proponitur in *L. defendant. 21. ff. de Aut. Tut.* Casus est talis; defendantे tutoре pupillus ex contractu patris condemnatur, deinde adolescentе factо Curator ei datus est, quem tandem pro executione sententia pars adversa convenit; si postmodum coram Judice Curator declaravit, pupillum se bonis paternis abstinere velle, sequе ejus adulti nomine hoc effecturum, censabitur talicasu adulto consultum, ut saltем liber a sententia maneat. Ex hoc textu apparet, pupillum propter ætatem contra aditionem hæreditatis paternæ incidenter posse restitui. et C. si minor ab heredit. se abstineat. & tunc restitutionem in integrum executionem sententia impeditre. C. suscitata. 6 X. de restit. in integr. solet quippe ad contractus observantiam principaliter agi, contra quem minor læsionem proponit, quam si efficaciter probaverit, a contractu absolvitur. Maur. Dolan. *tr. de restit. integr. cap. 136. pag. 84.*

§. XIII.

Restitutio in integrum potest quidem peti per viam, exceptionis vel replicationis, intra quadriennium tamen, bet peti in ad petendam restitutionem in integrum destinatum. Nec tria quadri- obstat regula: Quæ ad agendum sunt temporaria, ad ex- ennum. ciendum fiunt perpetua. *L. 5. §. 6. ff. de dol. mal. & met. except. L. 5. C. de exceptionib.* Verum cum hujus regulæ ratio hæc sit, quod in Rei potestate non sit, quando litigio pulsetur, dicimus, eam spectare ad illa tantum, quæ Reus non potest aliter, quam per modum exceptionis proferre, ubi actoris compellationem expectare omnino necesse ha-

habet, L. 8. §. 13. ff. de inoff. testam. non vero ad ea, quæ per modum actionis proponere integrum est, ut est exceptio restitutio in integrum. Hæc enim non perpetua censetur, sed tempori, quod actioni per legem definitum, adstringitur. Martin. Process. Jur tit. 38. n. 47. p. 161. quiajus, quod debet proponi per modum agendi intra certum tempus, eo transacto, non potest proponi & deduci per modum excipiendi. L. 30. §. 6. ff. de pecul. L. 8. C. de non num. pec.

§. XIV.

Ad petendam restitucionem in integr. speciale man- *In restit. in-*
datum requiritur, nec sufficit generale. L. 25. §. 1. ff. de Mi- *eidente non*
norib. L. unic. C. Etiam per procuratorem causam restitutio opus speciali
agi posse. C. Coram 7. X. de restit. in integr. Quod dogma ita mandato.
temperandum, ut sit verum, si principaliter petitur resti-
tutio contra contractum vel sententiam, quæ transit in
rem judicatam. Rol. a Valle consil. 26. v. 2. n. 1. Secus si inci-
derenter Gloff. in C. suscitata 6. verb. postulavit. X. de resti-
tut. in integr. Bartol. Et Jaf. in L. 13. ff. de Nov. oper. nunt.
Mynsing. cent. 2. obs. 26. Carpz. Process. tit. 19. art. 1. n. 37.
Dn. Svendendorf. ad Process. Fibig. cap. 2. n. 456. in fin. p. 903.
ubi generaliter infertur: In nulla causa opus esse procura-
tori speciali mandato, si incidenter moveatur in integr.
restitutio, si maxime alias, ubi illa principaliter movetur,
opus haberet. Ummius ad Process. disput. 3. thes. 6. n. 38. quia
ratione incidentiae mandatum procuratorum extenditur
ad specialiter sibi non commissum. Vivian Rational. Jur.
Pontif. ad C. Causam 9. X. de in integr. restit. Casus est talis.
Minor constituit procuratorem ad causam, sententia
fertur contra minorem: queritur, An non procurator

coll.

contra sententiam intra decendum restitutionem in integrum possit petere virtute & efficacia prioris mandati generalis, quo fuit ei agendi vis commissa sine alio speciali mandato? Resp. affirmative. Nam uti procurator non expectato novo jussu appellationem potest interponere. *C. Non iustit. 14. X. de Procurator.* ita etiam restitutionem incidenter impetrare potest, cum restitutio appellationi æquiparetur. *C. Ex literis 4. X. de restitut. in integr. Maur. Dolan. tr. de restit. in integr. Cap. 26. n. 1. & seqq. p. 19.*

§. XV.

*In restitut.,
incidente nō
opus libello
nec L. Con-
testat.*

In Causa restitutionis L. Contestatio non requiritur, si ista restitutio incidenter petatur. *C. fin. X. de offic. Judic.* (quia quando aliquid non propter se principaliter petitur, sed incidenter propter aliud probandum est, tunc levior semper probatio sufficit) sed saltem summaria cognitio requiritur absque libello & litis contestatione solenni. *L. ult. C. si. minor. sc̄ maj. dixerit. Bartol. in L. 37. n. 3. ff. de Mi-
norib. prævia tamen citatione ad videndum fieri restitutio-
nen. Ro: a decif. 3. & 4. de restit. in integr.* debet tamen nihilominus qualis qualis petitio Judici porrigi, ut scire possit, quomodo procedere beat super petitione restitutionis. Sfort. *Odd. tr. de restit. in integr. p. 1. q. 35. art. 1. n. 5. & 6.* Casus est talis. Minor ex Contractu coram Judice pro contractus implemento ab adversario convenitur, interim cum discutitur principale negotium, poterit minor, se tali contractu enormiter læsum esse, proponere, quod dicunt a minore incidenter fieri, quia ipse item non suscitavit, sed fungitur Rei officio, nam si item intentasset, secundum esset statuendum. Sic cum ea incidens restitutio cum principali negotio tractatur, sufficit in principali causa item

INCIDENTIUM.

79

tem contestari, ut sic quoad incidens non opus sit alia litis
contestatione, Calvoli in Pr. §. Litis contest. 13. n. 9. § 33.
quod maxime decisio & determinatio causæ principalis
sopiri cum incidente debeat. Maur. Dolan. tr. de restitut.
in integr. Cap. 130. n. 10. § 11. p. 85.

§. XVI.

Quando restitutio in integr. petitur principaliter, *Differencia*
tunc actor sequitur forum Rei. *L. Quoniam 2. C. ubi & apud inter resti-
quem in integr. restit. cogn. L. Juris ordinem 2. l. In Criminalis C. tut. princi-
de Jurisdictione omn. Judic. L. Actor 3. C. ubi in rem actio. L. unic. C. palem & in-
ubi de hered. pet. L. Cum sit. 3. X. de foro compet. Si vero petitur cidentem.
incidenter, tunc Judex causæ principalis, licet alias in-
competens sit, si principaliter peteretur, remanet etiam
competens respectu restitutionis in integrum. *L. fin. in fin.*
*C. ubi & apud. quem in integr. restitut. cogn. C. causa 9. §. delega-
ti X. de restitut. in integr. Cyniac. controvers. forens. L. 2. com-
etrov. 380. n. 16. 17. § 18. § controv. 381. n. 44.**

§. XVII.

Nullitas & principaliter & incidenter potest deduci. *Nullitas in-*
Principaliter, quando remedium istud, ac Jus dicendi eidenter po-
nullum, solum & a quovis remedio separatum per mo- test dedit.
dum agendi in judicium deducitur, e. g. si filius præteritus
petit testamentum patris pronunciari nullum *L. 17. ff. de in-*
susto,rupto test. L. 3. C. de repud. heredit. it. Si principaliter &
directo quis agit super declaratione invaliditatis alicujus
contractus *L. 10. C. de contr. emt. L. 1. § 5. C. de Rescind. vendit.*
L. 9. C. de præd. minor. L. 4. C. de jur. § fact. ignorant. Inciden-
ter nullitas in judicio proposita dicitur, quando de causa
& principal negotio principaliter agitur, & incidenter de
nullitate sententiae. *C. 24. X. de sent. § re judic. L. 6. C. quando*
provocar. non est necesse. e. g. si simpliciter causa appellatio-
nis

L

nis commissa, Judex examinando eandem appellationem, cognovit etiam nullitatem processus, & sententiam ipsam tam respectu iniquitatis, quam nullitatis reformavit; Tali casu de nullitate dicitur incidenter, principaliter de ipsa appellatione & negotio principali cognovisse *L. Canticum 24. ff. de Jur. Patronat.* Nam sub causa appellationis nullitas semper incidenter venit, licet non ducatur, ita, ut Judex etiam ex officio, parte non opponente, nullitatem attendere debeat *L. 41. ff. famil. ercisc.* Gail. *L. I. obs. 177. n. 6.* *E. obs. 127. n. 2.* Vant. *de nullitat. sentent. tit. coram quo nullitas proponi possit. n. 4.* ubi dicitur, tantam esse connexitatem inter nullitatem & appellationem, ut sola appellatio etiam nullitatis cognitionem involvat, etiam si de nullitate nulla facta fuerit mentio. Inde etiam dicitur, sub verbo (*Appello*) simpliciter prolatu, nullitatis querelam tanquam connexum includi, ut sublata appellatione tanquam principali, nullitas quoque veluti accessoria censeatur esse sublata *L. 178. ff. de R. I. C. 42. X. de R. L. in 610. Mart. Uranius ad Decretales in C. Significaverunt II. de except. n. 12.* Et hoc est, quod Bald. scribit in *L. 40. §. 1. ff. de pacis.* Nullitatem in appellationis ventre claudi. Imo si quis renunciat appellationi, dicitur in consequentiam renuntiare nullitati inclusa in ipsa appellatione, cum uti dictum, in omni appellatione tacite inclusa sit causa nullitatis; seu causa nullitatis sit articulus accessorius ad appellationem & libellum eius, ideo, si renunciatur principali, censetur renuntiatum nullitati accessoriæ ipsius appellationis. Scacc. *de appellat. quest. 17. limit. 2. n. 131.*

§. XVIII.

Inter nullitatem principaliter & incidenter deducam multum interest. Nam si nullitas seorsim & separata.

Differentia

ratim principaliter in judicio deducta, necesse est, ut su- *intern nulli-*
per cognitione hujusmodi juris ordo ac tela judicaria *tatem prin-*
servetur. Quando autem nullitas in judicio incidenter cipalem &
deducitur; nullus juris ordo requiritur, sed de ea tanquam *incidentem,*
incidente ac notorio absque judiciorum solemnitate co-
gnoscitur. *Ægid. decis. 317. & 319.* Et si nullitas incidenter
deducta, & de ea fuerit summarie cognitum, non impe-
dit, quo minus iterum in ordinario judicio & principali-
ter, & per modum agendi deduci possit, quia sententia
lata super principali, non præjudicat incidenti, de quo non
fuit plene cognitum. *L. 10. ff. de His, qui sui vel alien. jur.* Id-
circo deserta causa appellationis, nullitas non videtur de-
serta, sed nihil obstat, quo minus eadem nullitas princi-
paliter & directo in judicio deduci possit. *Vant. de nullit.*
sent. in Rubr. quot. & quib. mod. nullit. in judic. prop. n. 24. & 56.
cum seqq. p. 81. Inde appetat, appellationem & nullitatem
principaliter intentatam, diversa & separata esse juris re-
media, & ideo uno sublatu, aliud adhuc supereffe. *C. Inter*
ceteras, X. de sent. & rejudic. & hinc remota appellatione,
non intelligi remotam nullitatem, adeoque Rescrip-
tum Principis cum clausula (*Remota appellatione*) non tol-
lere nullitatis quæstionem. *C. Pastoralis 53. X. de appell.* Gail.
L. 1. obs. 135. n. 5. & 6. Mynsig. cent. 2. obs. 77. & cent. 4. obs. 13.
Arqui hæc de præsenti materia sufficient, in qua, si ob va- *Conclusio.*
rias Dd. opiniones, quibus hanc materiam involvunt,
me quoque errasse videris, nihil humani a me alienum
existimabis, sed potius meliora libenter secururum, amice
monebis. DEO autem O. M. pro clementissima studio-
rum benedictione gratias ago devotissimas, ejusdemque
directioni in futurum quoque actiones meas
submisso comando.

CO-

COROLLARIA.

I. Falsum est quod vulgo dicitur, Clauſulam Codicillarem omnia vitia testamenti sanare. Nam ne minimum quidem testamenti vitium hac clauſula sanari posse, tuto aſſerimus.

II. Reſte clauſulam codicillarem addunt testamen‐tis Notarii, ut ut ipſi ejus vim non capiant, imo etiamſi testator id eis nominatim non in‐jungat.

III. Possessor rei furtivæ, ut ut eam in æter‐num uſucapere non posſe dicatur, quamvis sit in bona fide, præſcribit tamen eam 30 annorum lapsu.

IV. Regalia, quatenus a priuatis exerceantur, or‐dinariæ præſcriptioni ſubjacent, licet contra Prin‐cipem immemorialis præſcriptio, quæ centena‐ria longior & brevior eſſe potest, exigatur.

V. Donationem omnium bonorum tam præ‐ſentium, quam futurorum, excepta ſola inofficio‐fa, licitam eſſe, planiſſimi juris eſt.

VI. Cælebs magnam bonorum partem do‐nando transferens, valide renuntiare poterit
L. ſi unquam C. de revocand. donat. Natis enim pariter
& nascendis usque ad legitimam præjudi‐care potest Pater.

S. D. G.

97692


01 A 6583



5b.

vol. 18

WDR





15¹⁵

DISSERTATIO INAUGURALIS
De
**CAUSA INCI-
DENTE,**
Quam,
DEO CLEMENTER ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECT. BRANDENB. HÆREDE, &c. &c. &c.
In Illustri Academia Fridericiana
CONSENSU ET AUTORITATE MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
SUB PRÆSIDIO
DN. SAMUELIS STRYKII, JCTi,
SERENISS. ET POTENTISS. ELECTORIS BRAN-
DENBURG. CONSILIARII INTIMI, PROFESSORIS PRIMARII,
FACVLTATIS JVRIDICÆ ORDINARI,
PATRONI SUI OBSEQUIOSÆ DEVENERANDI,
PRO LICENTIA
Summos in vtroq; Jure honores ac privilegia legitime consequendi
D. Jun. M. DC. XCV. Horis ante- & pomeridianis
IN AUDITORIO MAIORI
Publicæ Eruditorum censura submittit

OTTO FRIDERICVS KNORRE, Hala Magdeburg.

DENUO RECUSA CUM AUGMENTO.
HALAE MAGDEB. Litteris Chr. Henckelii, Acad. Typogr. 1706.